DE
ELLIPSEOS USU LUCIANEO.

INAUGURAL-DISSERTATION

ZUR

ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

DER

PHILOSOPHISCHEN FAKULTÄT ZU KIEL.

VORGELEGT VON

FRANZ KERSTEN

AUS

POTSDAM.

OPPONENTEN:

HERR STUD. PHIL. FR. KEHMTZOW.
HERR STUD. PHIL. J. DIETZE.
HERR STUD. PHIL. F. BEHEIM-SCHWARZBACH.

KIEL 1889.

DRUCK VON PLESSE & LÜHRS, HAMBURG.

DE
ELLIPSEOS USU LUCIANEO.

INAUGURAL-DISSERTATION

ZUR

ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

DER

PHILOSOPHISCHEN FAKULTÄT ZU KIEL.

VORGELEGT VON

FRANZ KERSTEN

AUS

POTSDAM.

OPPONENTEN:

HERR STUD. PHIL. FR. KEHMTZOW.
HERR STUD. PHIL. J. DIETZE.
HERR STUD. PHIL. F. BEHEIM-SCHWARZBACH.

KIEL 1889.

DRUCK VON PLESSE & LÜHRS, HAMBURG.

22 Nov. 1889
Gift of
Museum Comp. Zool. ...

HERMANNO SCHUBERTO

SACRUM.

PRAEFATIO.

De ellipseos usu Lucianeo scripturis statim nobis obvenit necessitas definiendi, quid omnino ellipsis sit. Quod si quaerimus, facere non possumus, quin paulo fusius atque amplius disputemus, quid de ea re satis difficultatibus intricata viri docti adhuc judicaverint.

Ei, qui ante Godofredum Hermannum de ellipsi quum universa, tum graeca, egerunt, quorumque dux L. Bosius existimandus est, ea potissimum ratione ducti sunt, ut ellipsin ibi teneri putarent, ubi vocabulum quoddam omissum inveniebant, quod alibi plerumque additum videbant. Ex qua de ellipseos natura sententia ingens ille numerus ellipsium ortus est, quem in Bosii librum congestum esse miramur. Jam Leisnerus in praefatione, quae Bosiano libro praemissa est, monuit, illam, de qua diximus, rationem non rectam esse, sed primus G. Hermannus non solum eam nimis vagam esse docuit, sed etiam certam regulam statuit, qua metiendum esset, utrum vocabulum per ellipsin deesset necne. Regulam vero illam petendam esse ex grammatica, quam dicit, integritate. Quia enim enuntiatum simplicissima esset cogitationis formula, qua plena sententia exprimeretur, tantummodo, si enuntiati integritas laesa esset, jure dici posse aliquid, quod intellegendum esset, deesse ac desiderari. Hac mente definitionem illam statuit: «Ellipsis est omissio vocabuli, quod etsi non dictum, tamen cogitatur.»

Sed ne huic quidem definitioni defuerunt, qui contradicerent. Vituperavit eam primus Bernhardyus, quod non satis distincta esset liceretque per eam alia brevitatis genera velut aposiopesin et brachylogiam cum vera ellipsi confundi. Simul autem rhetoricam rationem eam judicavit, ex qua ellipseos vis ac natura explicanda esset. Distribuendam vero esse eius regionem in tria genera: ellipsin grammaticam, rhetoricam, popularem.

Bernhardyi magistri sententiam verissimam esse demonstrare atque evincere studuit Geistius. Idem distributioni ellipsium a praeceptore institutae certam definitionem ellipseos addidit, quam Bernhardyus non proposuerat. Esse enim, ait Geistius [1]), ellipsin omissionem vocabuli sermonis cotidiani imprimis Graecorum propriam, neglegentia (si recte intelligimus vocem: «bequem», quo hic utitur) ortam, quod, si logices et grammatices tantum leges respicias, ex dissimilibus eiusdem enuntiati partibus supplendum sit.

«Ellipsium vim ac notionem in universum nisi rhetorica quadam ratione explicari non posse» [2]) (idem fere, quod Bernhardyus et Geistius, quamquam hi fortius censuerunt) Helbigius confirmavit. Sed tamen definitionem et divisionem a grammatica ratione petendam esse putavit. Ita quidem hoc idioma, quod appellat Hermannus, explicat: «Ellipsis ea est dicendi ratio, qua in aliquo enuntiato vocabulum ad integritatem grammaticam necessarium non ponitur, si alio vocabulo vel membro satis indicatur» [3]). Distribuendi autem ratio triplex ei existere visa est eaque ad solas grammaticas, quae in formandis enuntiatis traduntur, leges pertinens. Existimat enim praeter eam, quam Hermannus veram ellipsin judicat, etiam ea genera, quae hic veras non agnovit, velut illud, quo quid ex antecedentibus vel sequentibus et illud, quo objectum ex verbo repeti potest, ellipsium numero adscribenda esse.

Omnem ellipsin primo grammaticam esse h. e. in omni ellipsi aliquid ad integritatem sententiae supplendum esse paulo post Bernhardyum Mehlhornius [4]) quoque censuit idemque eam, quam ille rhetoricam dicit ellipsin, secundum naturam quidem suam potissimum ad rationem grammaticam pertinere docuit, etiamsi fieri posset, ut sicut omnis ellipsis rhetorice usurparetur. Hermanni autem definitionem ita corrigendam esse, ut ellipsis apellaretur: omissio vocabuli, quod etsi non dictum, tamen cogitandum esset (loco formae: «cogitaretur»), sc. ab eo, qui ellipseos rationem explicaturus esset.

Ad grammaticam rationem Boettcherus [5]) quoque ellipsin rettulit ac negavit Bernhardyi et Geistii rhetoricas et populares ellipses, si intimam earum naturum respicias, alias atque grammaticas esse.

Willmannus [6]) denique de ellipsi in universum agens eam elisionis suae genus nominat, «ubi membra elisa tam conexa sunt usu et consuetudine prolatis, ut quotiens illa proferantur, ultro in mentem veniant.

---

1) Geist, p. 20.
2) Helbig, diss. p. 6, ad not. 1).
3) Helbig, p. 6.
4) Mehlhorn, p. 1 seq.
5) Boettcher, p. 6.
6) Willmann, p. 41.

Premit igitur usum et consuetudinem, quibus membra omissa cum positis conexa sint, non rationem grammaticam. Deinde hic distinguit grammaticam ellipsin ab ea, quam phraseologicam [1]) vocat, et ab omissione, primo generi ellipsin veri subjecti et praedicati, alteri voces, quales sunt ἡ δεξιά (χείρ), ῥέζειν (ἱερά), Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου (υἱός), tertio λέγουσι (οἱ ἄνθρωποι), «curritur» atque ellipsin verborum eundi, veniendi, faciendi, dicendi adnumerans.

Ex eis, quae de virorum doctorum sententiis praemisimus, apparet in controversia, quae est de vi ac natura ellipseos, de duabus potissimum disputatum esse sc. utrum haec magis grammatica an rhetorica esset. Hermanno, cuius id maxime interest, ut demonstret ellipsin nullam esse, nisi integritate grammatica eam statuere cogamur, imprimis Geistius [2]) Bernhardyum secutus adversatur, contendens rhetoricae rationi summam vim in explicanda ellipsi tribuendam esse, grammaticam, secundas quasi partes agere. Addidit alibi nec eos, qui ante Hermannum de ellipsi scripsissent, nec Hermannum ipsum grammatica ratione ut satis tuto subsidio usos esse. At quis ante Hermannum hac ratione usus est? Nonne Hermannus primus fuit, qui ea adhibita doceret, quid ellipsis esset, quid non? Illi quidem ea, quam supra indicavimus, prava ratione ducti parum cauto judicio multa collegerunt, hic certa via ac ratione vera a falsis sejunxit. Atque quod Geistius Hermanni definitionem suppetere negat, qua natura ellipseos satis intellegatur, cavendum est primum, ne propter definitionem toti Hermanni rationi diffidamus, deinde ne definitionem, qua exponatur, quid sit ellipsis, confundamus cum quaestione, qua agatur, unde ortum sit ellipseos genus, aut quo modo scriptor quidam eo uti possit. De definitione Boettcherus [3]) recte monuit fortasse concedendum esse ea sola ellipseos regionem non satis distingui ac circumscribi, sed Hermannum ipsum verbis definitionem sequentibus indicare eam solam non multum valere nisi accuratius ostenderetur, quale illud esset, quod non dictum tamen cogitari posset. Hoc enim ipsum Hermannus duobus, quae sequuntur capitibus docet, quibus inscriptum est: «Quid non sit ellipsis» et «Quid per ellipsin omitti possit», illo brachylogiam, quae dicitur, et aposiopesin a vera ellipsi secernens, hoc exponens cogitari posse id tantum, quod ex integritate enuntiati necessario supplendum esset sc. membra enuntiati propria, subjectum, copulam, praedicatum (vel rectius partes tantum praedicati. Si enim e. gr. subjecto omisso integritatem enuntiati laesam esse videamus, tum exstare necessitatem supplendi ac supplendum quidem esse ex

---

[1]) Willmann, p. 23.

[2]) Geist, p. 14.

[3]) Boettcher, p. 4.

ceteris membris enuntiati. Non minus ellipsin teneri, si in adjectivo quodam substantivum, cui attribuatur, omittatur. Nam substantivum cum adjectivo conjunctum pro enuntiato haberi potest, in quo praedicatum subjecto eo temporis momento, quo quis loquitur, non attribuitur, sed jam attributum est et cum substantivo in unum coaluit. Neque aliter ac de subjecto de praedicato omisso ratiocinandum est Si quis igitur Hermanni veram sententiam impugnare vult, magis eas, ex quibus huius definitio ellipseos orta est, rationes quam definitionem ipsam aggredi debet. Sane autem concedendum est eam non satis accuratam esse. Quod ita fit, ut ea ipsis rationibus, quas Hermannus in capite inscripto: Quid per ellipsin omitti possit, exposuit, non satis respondeat. Omitti enim possunt secundum Hermanni sententiam, subjectum, copula, pars praedicati, i. e. necessariae partes vel membra enuntiati[1]), simplicissimae cogitationis formulae[2]). Quia autem necessariae sunt, necessario quoque desiderantur et supplendae sunt, si omittuntur. Itaque rectius et eis, quae exposuimus, magis respondens ellipsin omissionem vocabuli definivisset, quod etsi non dictum, tamen cogitandum esset sc. necessitate laesae integritatis syntacticae cogente.

Sed accedit aliud, quod praeclare Mehlhornius monuit. Potest enim fieri ac fit saepissime, ut is, qui elliptice loquatur, nihilominus sibi non conscius sit se sic dicere. Id quod tum maxime fit, si ellipsi quadam usu sermonis recepto utitur, quales illa adverbia feminini generis *ὅπῃ*, *ταύτῃ*, *τετραπλῇ* et seq. sunt. Quae tam crebra et consuetae sunt in sermone graeco, ut nos quoque inter legendum non semper ellipsin teneri sentiamus. Quia igitur vocabula omissa non cogitantur, dixerit quis et erant, qui dicerent[3]) Hermanni definitionem, qua ellipsis appelletur omissio vocabuli «quod etsi non dictum, tamen cogitetur, falsam

---

[1]) Has partes membra unius eiusdemque enunciati esse ex forma grammatica tantum cognoscimus. Nisi igitur membro quodam omisso cetera formâ indicant se esse membra, quae cum omisso unam sententiam efficiant, nullo modo cogimur membrum aliquod supplere. Sin autem contrarium ex forma grammatica apparet, necessario cogimur, mente aliquid adicere, ut sententia integra evadat.

[2]) cf. quae de substantivo, cui adjectivum attribùtum est, supra diximus. Nam haec quoque formula pro enuntiato haberi potest.

[3]) Thiersch, gramm. graec. 1826, p. 581 seq.

Non alienum videtur ab eis, quae p. 10 de voculis *ὅπῃ*, *ταύτῃ*, *τετραπλῇ* et seq. diximus, leviter tangere id, quod Musgravio duce Thierschius et G. Schaeferus de illis adverbiis judicaverunt. Probabant enim in his id explicandi genus esse, quod Musgravius commentus enallagen casuum dixit. Sc. quo modo sermo Graecorum adverbia velut *ἐξ ἴσου* peperisset, eodem eum adverbia feminini generis per enallagen, vel, ut latine dicamus, per commutationem casuum i. e. libero arbitrio ac nulla, que explicatione indigeat, causa finxisse. Sed tamen indiget explicatione, quomodo fieri possit, ut adjectivum ex forma *ἐξ ἴσου* quae certe neutrius generis est, in formam feminini transeat. Nam adjectivum neutrius quidem generis sane per se dici potest, quia hoc genere, (quod re vera nullum

esse. Sed tamen forma grammatica indicat has voces ellipticas esse. Ac si Hermanni formulam sic mutes, ut scribas: ellipsis est omissio vocabuli, quod etsi non dictum tamen cogitandum est, etiam ad illas voculas quadrat. Vocabulum autem cogitandum est ei, qui, ut Mehlhornius bene censet, formulas tales, quales attulimus, aut sibi aut aliis explicaturus est.

Sed etiam definitionem Hermanni sic, ut diximus, correctam Geistius non aptam esse censet, qua propria vis et natura ellipseos accurate ac penitus intellegatur. (Neque enim hunc Mehlhornii emendationem definitionis Hermannianae ignoravisse putari potest, quia Geistium Mehlhornii dissertationis memorem fuisse ex ipsius verbis apparet.) Immo vero non grammaticam sed rhetoricam rationem in hac quaestione summam esse. Dicit enim p. 14 dissertationis suae:

«Der leitende Gesichtspunkt kann hier, wo es sich um eine Anomalie der griechischen Sprache handelt, einzig nur der rhetorische sein, dem sich allerdings einerseits der grammatisch-logische anschliesst, und von welchem ausgehend andrerseits auf dem grossen Gebiete der griechischen Sprache, in welchem das rhetorische Prinzip sich deutlich wirksam erweist, ein kleines Feld, eben das der Ellipse sich abgrenzt. Mit andern Worten: Weil der mit einer Ellipse gegebene Ausdruck oder Satz grammatisch und logisch unvollständig ist, weil für Form und Sinn unbedingt etwas zu ergänzen ist, fällt natürlich der grammatische und logische Gesichtspunkt bei der Definition der Ellipse mit ins Gewicht. Die Hauptentscheidung bei der Bestimmung des eigentümlichen Wesens der Ellipse führt aber erst das rhetorische Prinzip herbei, durch dessen Einwirkung ein grammatisch und logisch notwendiger, in dem Vorhandenen, dem Zusammenhange[1]) aber gänzlich unter einer wesentlich

---

genus est) sermo graecus eodem modo, quo noster quoque utitur ad substantiva, quae appellantur, abstracta ex adjectivis fingenda. Quibus in substantivis, quia ab hominum mente tantum in sermonem inducuntur et rerum naturae expertia sunt, generis notionis ratio non habetur. Sed femininum genus adjectivorum sic non ponitur. Nam si dicitur: *ἡ καλή* non idem, quod *τὸ κάλλος* cogitatur, sed persona quaedam feminini generis. Itaque in illis quoque adverbiis velut *ἐπ' ἴσης* femininum *ἴση* non per se id quod *ἰσότης* significat, sed ad certum quoddam substantivum velut *μοῖρα* vel *μερίς* referendum atque ita elliptice positum intelligendum est. Sane concedimus Geistio in talibus voculis, ut ita dicam, adverbiascentibus, interdum vocabulum, quod aptum et commodum suppleatur, paene frustra quaeri, sed tamen necessario quaerendum erit, siquidem illas formulas recte explicare velis. Nam aliud agitur, si quis rhetoricam vim, quae in ellipsi quadam insit, sentire vult vel efficere, ut alius sentiat, aliud, si quis proprietatem grammaticam ellipseos cuiusdam intellegere vel aliis explicare studet.

[1]) Verisimile est Geistium scribere voluisse: «ein grammatisch . . . notwendiger, in dem Vorhandenen, dem Zusammenhange zu suchender od. angedeuteter, aber gänzlich etc.»

fremden Form versteckter oder in dem Vorhandenen gar nicht zu suchender, sondern hinzuzufügender Begriff mit kühnem (rhetorischem) Uebergriff über die gewöhnliche grammatische und logische Unvollständigkeit jeder andern Redeweise ausgefallen ist. Die Kühnheit der Rhetorik giebt das wesentlichste Merkmal, durch dessen Hinzutritt die absolute Notwendigkeit der besagten Ergänzung erst einleuchtet.»

Si autem rhetoricam rationem summam vim in definienda propria vi ac natura ellipseos habere Geistius judicat, cur in definitione, quam statuit ipse, rem ita se habere ne uno quidem verbo significat? Tota enim eius definitio grammatica est s. v.: «Die Ellipse ist eine der lebendigen Rede, namentlich der Griechen, bequeme Auslassung eines Ausdrucks, welcher vom streng logischen und abstrakt grammatischen Gesichtspunkt aus für den unvollständigen Satzteil oder Satz aus ungleichartigen Bestandteilen desselben Satzes ergänzt werden muss.»

An vocabulum «bequem» quae in hac definitione legitur, iste ad rhetoricam rationem pertinere voluit? Fieri hoc non potest, nam quis, qui laxe vel neglegenter loquitur, nisi forte consulto hoc facit, rhetorico dicendi genere utitur?

Ac non modo ex definitione Geistii, sed ne ex distributione quidem patet rhetoricam rationem ei summam in ellipseos genere visam esse. Cur enim, si omnis ellipsis rhetorica est, propriam ellipsium partem rhetoricam vocat? Sed mittamus haec. Quaeramus, quid omnino de Bernhardyi et Geistii sententia, qua universam ellipsin rhetoricam esse contenderent, dicendum sit.

Natura rhetoricae artis sine dubio ea est, ut artificiis suis animos hominum aut ad sentiendum aut ad agendum adducere studeat, ut aut delectet, aut terreat, aut misericordiam aut iram moveat, aut ad agendum impellast aut retrahat ab agendo. Talibus autem modis animos hominum afficere potest, si apta verba ponit aut omittit. Omittendo autem efficere potest, ut id quod plerumque fit, audientes vel legentes omissam partem fortius cogitent vel imaginentur. Sic omittit is, qui minatur: *ἄν σε λάβω* —, Quos ego —. Aut consilium dicentis id est, ut reticeat, quod foeditate vel horrore offendere possit legentem, velut: Intravi domum, cum in ipso limine — —, vereor referre, qui conspectus fuerit. Denique metu vel verecundia aliquis commoveri potest, ne plene loquatur e. gr.: *μή με — πρὸς σέ γονάτων* vel: *μὰ τόν*.. Semper autem aut, si quis quid ponat rhetorice vel si quid omittat, consilio agit. Atqui concedendum est in magno ellipsium numero nullo modo consilium cerni velut in eis, quae a Bernhardyo et Geistio grammaticae nominatae sunt, ea sane de causa, quia parum aut nihil rhetoricae artis in iis perspicuum erat et ratio grammatica in eis praestare videbatur. Atque adeo nemo fere est, qui illas, quae pro adverbiis sunt, voculas *πῇ*, *ὅπῃ*,

ταύτῃ (quas Thierschius ad ellipsin pertinere etiam negavit) consilio rhetorico elliptice dictas existimet. Immo vero usu tritae atque, ut diximus, adverbiorum loco sunt. Videmus igitur hanc partem ellipsium si caute agimus, rhetorice non usitatam saltem esse. At dicat quis, etiamsi eae, quae usu receptae essent, rhetorice non positae esse solerent, tamen initio quidem, cum primum dicerentur, sic usurpatas esse. Nam ut paulatim non sentiretur eas voculas ellipticas esse, sic rhetoricam quoque earum vim evanuisse, quamquam initio exstitisset. Talem fere, sententiam in eis, quae sequuntur, Mehlhornii[1]) verbis inesse nobis obici possit: «Nam rhetorica quaecunque apta ellipsis est, ubi primum atque consulto admittitur, nequedum ad communem usum descendit.» Sed sive Mehlhornius haec sic, ut supra indicavimus, intellegi voluit sive non, id premendum esse censemus, rhetoricam eam tantum ellipsin esse, quae consulto ponatur neque quidquam referre, utrum primum usurpetur necne. Nam potest ellipsis quaedam primum quidem, sed non rhetorice usurpari. Est nihilo secius ellipsis atque ea de causa, quod integritas grammatica vocabulo omisso laesa est. Accurate enim discernendum est inter causam, de qua formula quaedam ellipsis nominanda sit, et inter causam vel potius consilium, quo haec formula ponatur vel, ut amplius dicamus, inter consilium rhetoricum, quod quis omittendo assequi studeat Hoc autem consilium accedere potest ad propriam ellipseos naturam, minime vero primaria causa omnis ellipticae omissionis est. Sed longe plurima ellipsium pars in neglegentia quadam sermonis et in conscientia, qua quis putet satis ad intellegendum se dixisse, posita videtur esse. Atque cum Boettchero verisimile esse existimo hanc quidem ellipsium partem ex sermone cotidiano ortam esse. Quae cum ita sint, illud Geistii «bequem» quod in definitione sua posuit, non inepte nobis videatur adjectum esse, siquidem hanc vocem ea mente adhibuerit, ut originem significaret, ex qua maior pars ellipsium crevisset. Sed si ita senserit, haec sententia contraria sit ei, quam illo altero loco de rhetorica omnis ellipseos natura exposuit.

Quod si negandum est, omnem ellipsin rhetoricam esse, conceditur autem posse aliquem ellipsi rhetorico consilio uti, quaeritur, num illud genus ellipticum, quod proprie rhetoricam ellipsin Bernhardyus et Geistius nominaverunt, ex suae naturae lege rhetoricum habendum sit sc. illud, in quo substantivum, quod ex suo adjectivo, magis autem ex verbo eiusdem conformationis et notionis supplendum est velut *ὀλίγας* (*πληγάς*) *παίειν*. Quale genus omissionis Hermannus a vera ellipsi separavit, quia membrum subaudiendum esset, quod jam suo verbo contineretur itaque

---

[1]) Mehlhorn, p. 3.

positum non omissum esset. Contra nuper Helbigius[1]) cum Bernhardyo et Geistio hanc ellipsin pro genuina habuit. Itaque, priusquam disseratur, num ea vere rhetorica appelletur, controversia obicitur, num omnino ellipseos nomine digna sit. Id quod mihi is quidem non jure negare videtur, qui Hermanni definitionem ellipseos a Mehlhornio correctam veram esse judicat. Nam deest in talibus ellipsibus aliquid, quod ex integritate grammatica unius eiusdemque enuntiati[2]) vel ex membris eius vinculo grammatico, ut liceat ita dicere, cum omisso copulatis necessario supplendum est (sc. ex adjectivo, cuius forma substantivum congruentis formae et notionis mente addere cogimur et ex verbo, quo objectum similis conformationis et notionis postulatur.)

Supplendi igitur est ratio, qua adducimur, ut ab Hermanno dissentientes hanc, quam Bernhardyus et Geistius rhetoricam ellipsin appellaverunt, veram esse judicemus. Neque eo ab hac sententia deduci possumus, quod membrum omissum ex verbo similis conformationis et significationis supplendum est. Neque enim substantivum ex substantivo aut verbum ex verbo aliter tantum flexo supplendum est sicut in structura *ἀπὸ κοινοῦ*, sed substantivum ex verbo, diversum genus ex diverso, intellegendum est. Itaque simpliciter dici non potest vocabulum omissum jam positum esse. Est igitur hoc e l l i p s e o s genus, quamquam peculiare.

Sed estne rhetoricum? Causae, de quibus Bernhardyus et Geistius ei hoc nomen indiderunt, sunt, quod talis ellipsis usu sic non recepta sit neque recipi potuerit, ut aliud illud genus, quo in certis adjectivis certa substantiva omitti soleant, (sc. *τῇ δεξιᾷ* (*χειρί*), sed quia modo hoc, modo illo verbo substantivum supplendum suppeditetur totumque genus magis varium liberumque sit. Qua de causa apud poetas usitatius erat. Sane videtur propterea magis idoneum fuisse, quo quis rhetorice uteretur, sed tamen sine consilio rhetorico poni potuit. Id quod eo probatur, quod apud scriptores pedestris quoque sermonis non inusitatum est. Vi non rhetorica e. gr. apud verba eundi occurrere solet sc. si ex verbo eundi substantivum *ὁδός* ad adjectivum quoddam mente addendum est. Neque in eo, quod Boettcherus ex Xenophonte affert, exemplo quidquam rhetorici cernitur (Xenoph. Anab. V, 8, 12: *τοῦτον μὲν ἀνέκραγον, ὡς ὀλίγας παίσειεν*). Itaque tota quaestio de nomine huius ellipseos in

---

[1]) Helbig, p. 6. (Distribut. II) et p. 20 seq.

[2]) Quod autem notio desiderata ex integritate unius ejusdemque enuntiati repetendum est, permagni momenti in definienda ellipsi est. Hoc enim supplendi genere, cum universa, tum haec, de qua agimus, ellipsis a schemate, quod dicitur *ἀπὸ κοινοῦ*, distinguitur, in quo duo enuntiata membro communi in idem coguntur. Quo schemate fit, ut notio supplenda non ex eodem sed ex altero enuntiato, quamquam arto vinculo. conexo, subaudiatur.

eo versatur, ut non omnes omissiones, sicut supra vidimus generatas, rhetoricas ellipses dicere possimus, sed eas tantum, quibus quisque rhetorico consilio utatur. Atque Helbigius[1]) suo jure ea, de quibus agitur, appellatione consulto nobis videtur abstinuisse.

Helbigio autem, quem in priore quaestione recte judicasse diximus, in eo assentiri non possumus, quod id genus omissionis, quod vulgo ἀπὸ κοινοῦ appellatur, genuinae ellipsi adscripsit. Nam in hoc genere, ut jam Hermannus et post eum Mehlhornius evicerunt, pars non posita propterea non prorsus omissa est, quod in antecedentibus vel sequentibus posita et inde repetenda est, nam aliquantum interesse inter hoc subaudiendi genus et illud, quod in vera ellipsi obtinet, jam supra[2]) exposuimus. Itaque errat Helbigius, si Hermannum a Mehlhornio ea de causa vituperari contendit, quod σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ a vera ellipsi sejunxerit[3]). Immo vero Mehlhornius nihil nisi Hermannum hoc «σχῆμα» nimis obiter tractavisse existimat atque cum hoc consentiens aperte dicit, si quid ex «praegressis vel sequentibus» repetendum sit, id non plane abesse, sed jam positum esse.

Praeter schema ἀ. κ. autem aliud quoque genus dicendi, quod Boettcherus ellipsi tribuit, ab eius finibus excludendum esse putamus sc. id, in quo ad verbum transitivum pro intransitivo positum a nonnullis objectum requiritur, velut ad ἐλαύνειν ἅρμα vel ἵππον. Miratur Boettcherus, quod nemo virorum doctorum antea talia in ellipsium numero habucrit diligentiusque tractaverit, quamquam eodem jure ellipseos nomine digna essent, quo illa: σαλπίζει, ὕει et al., in his enim subjectum, in illis objectum mente supplendum esse. Sed tamen nobis condicio utriusque generis non eadem videtur esse. Nam ut ad σαλπίζει nomen, quod subjecti loco sit, requiratur, terminatione verbi, grammatica igitur causa, adducimur neque solo usu nitimur. Ut autem objectum ad illa verba mente adiciamus, nulla grammatica commovemur causa, sed ad usum confugiendum est, quo interdum nos decipi Bosii aliorumque exempla docent. Hi enim falsa illa ratione utebantur, ut vocabulum supplendum ducerent, si alibi additum inveniebant. Causa igitur, cur e. gr. in verbo ἐλαύνειν ellipsin statuamus, ex eo peti non potest, quod hoc interdum cum objecto ἅρμα vel ἵππον conjunctum videmus. Sed talia verba sine objecto, quod eorum actione afficiatur, per se intellegi possunt. Ea enim actio illis significatur, qua nihil efficiatur nisi actio verbi ipsa neque transit ad aliud quiddam, sed suis ipsius finibus circum scribitur. E. gr. Si quis inducitur: ἐλαύνων, hoc per se

---

1) Helbigus, p. 6, adn. 1.

2) cf. p. 21.

3) Helbig, p. 4, adn. 1.

intellegi potest, ita ut nihil effici sentiatur nisi τὸ ἐλαύνειν neque haec actio ad aliud transeat, sed intra suos fines versetur.

Restat, ut de Willmanni definitione ellipseos pauca dicamus. Premit enim in ea, ut supra vidimus, «usum et consuetudinem, quibus membra elisa prolatis tam conexa sint, ut quotiens illa proferantur, ultro in mentem veniant.» Neglexit rationem grammaticam, quam in ellipseos natura necessario locum habere vidimus. Nam duae causae sunt, quibus commovemur, ut certum vocabulum, si omissum est, suppleamus. Nec grammatica ratio sola in hac re satis est, ut paene videri possit, si Hermanni dissertationem legimus, nec solus «usus et consuetudo» sed utrumque in censum venit. Grammatica ratio eo tantum munere fungitur, ut indicet, qualis forma membri supplendi esse debeat. Vim autem membri positi vel membrorum positorum accedere necesse est, ex qua plene et accurate cognoscamus, quale vocabulum requirendum sit. Ut vero vis alterius membri ex altero intellegatur, sane «usu et consuetudine» fit, quibus haec saepius conexa videbamus vel ipsi conectebamus.

Jam vero quas dicendi formulas Willmannus [1]) ellipses esse jubet sc. ῥέζειν (ἱερά), Ἀλέξανδρος, ὁ τοῦ Φιλίππου (υἱός) eas agnoscere non possumus. De verbis transitivis vi intransitiva dictis velut ῥέζειν (ἱερά) supra [2]) diximus Locutionem Ἀλέξανδρος, ὁ τοῦ Φιλίππου, Hermannus in diss. de ell. et pleonasm. suo jure non ellipticam esse docuit: Nihil omissum, sed articulus ὁ ad nomen Alexandri referendus et intelligendum est: Ἀλέξανδρος, sc. ὁ τοῦ Φιλίππου Ἀλέξανδρος. Quam vero ellipsin in: «curritur» Willmannus esse voluerit, nescimus atque miramur, quod vir doctus hoc elliptice dictum esse putet, quod, ut ita dicam, impersonaliter expressum est. Denique quod verba eundi, dicendi etc. omissa a vera ellipsi secrevit, laudare non possumus. Est haec genuina ellipsis, id quod infra suo loco ostendetur.

Sententiis igitur virorum doctorum, quae sunt de ellipseos vi ac natura perlustratis et dijudicatis haec nobis videtur definitio statuenda esse:

Ellipsis est omissio vocabuli, quod ex integritate grammatica i. e. ex ceteris membris unius eiusdemque enuntiati non solum formae sed etiam significationis vinculis cum omisso conexis, supplendum est.

Distributionem autem ellipseos secundum membra omissa probe instituendam putamus.

Itaque cum nobis propositum sit, ut de ellipseos usu Lucianeo disseramus, primum de ellipsi subjecti, deinde copulae, tertium praedicati, quae sit in huius libris, agemus.

---

[1]) Willmann, p. 33.
[2]) Willmann, p. 41.

Ellipsis subiecti.

Ellipsis subiecti[1]) in vero et expresso enuntiato, i. e. in quo verbum positum, subjectum mente supplendum est, raro apud Lucianum occurrit. Neque facile apud ceteros scriptores magnus eius generis numerus inveniatur. Neque enim potest subjectum omitti, nisi ex praedicati vi ac forma apparet et necessitate quadam colligitur. Id quod plerumque in verbis fit, quibus, quid in natura accidat, significatur sc. in verbis ὕει, νίφει, βροντᾷ, ἀστράπτει. Ad quae Jovis nomen subjecti loco Graecos ponere solitos esse quum ex multis aliorum scriptorum locis, quibus Ζεύς additur, tum Lucianeis perspicuum est. Tales ellipses, quales Bernhardyus populares appellat, primo veras ellipses omnino non esse dicat quis, siquidem Hermanni legem, quam de ellipsi statuenda aut non statuenda tulit, sequatur. Dicat enim enuntiati integritatem grammaticam, ex qua judicium pendeat, utram vocabulum omissum sit necne, in his vocibus omnino non laesam esse. Plenum atque perfectum, esse enuntiatum, quia omne verbum per se enuntiatum efficiat, in quo subjectum terminatione verbi, praedicatum et copula reliqua parte significetur. Sed obiciendum est sola torminatione verbi subjectum non plane definiri, sed obscure tantum indicari. Neque enim sola terminatio verbi nec pronomen tertiae personae satis sunt ad subjectum cognoscendum, sed semper ex conexu verborum (aut ex titulo toti libro inscripto) cogitando supplemus, quid subjectum sit. Ac si neque ex conexu neque ex titulo perspicitur, certo usu, quo certa verba inter se conjungi solent, fit, ut subjectum intellegatur.

Hoc autem in verba ὕει, βροντᾷ, ἀστράπτει — cadit, in quibus Graeci more suo[2]) antiquis quidem temporibus Jovem auctorem subaudiebant, et in verba: ἐσάλπιγξεν, ἐσήμηνεν, quae certo usu rei militaris ducti ad subjectum σαλπιγκτής referebant. Talia ab antiquioribus Graecis non «impersonaliter» dicta esse, (sicut a nobis in: es regnet, schneit) ex ipso Luciano discimus. Dicit enim in libro de sacrific. 10 (1, 534): τοσοῦτον ἠπατήμεθα χρόνον οἰόμενοι τὸν Δία βροντᾶν τε καὶ ὕειν καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτελεῖν. Adde cetera exempla verborum ὕει et βροντᾷ, in quibus praeter unum Jovis nomen vel aliud subjectum semper apponitur. Ver. Hist. I, 17 (2, 84): αἵματι ὗσαι τὸν Δία (his nomen Jovis consulto positum est) ἐπὶ τῷ Σαρπηδόνος θανάτῳ. Ver. Hist. II, 14 (2, 113): νεφέλαι — ὕουσι λεπτὸν

---

[1]) Exempla ellipseos et ex genuinis Luciani libris et ex eis, quae ab hoc scriptore abjudicantur vel a plerisque criticorum addubitantur, attulimus, ut etiam ex ellipseos usu fortasse aliquid ad illam quaestionem, quae de genuinis aut spuriis libris Lucianeis agitur, redundet. Sed exempla, quae in his sunt, uncis quadratis [-] inclusimus.

[2]) Apoll. de constr. I, 3, p. 12 et II, 5, p. 101, 16.

ὥσπερ δρόσον. Disp. c. Hesiodo 7 (3, 245): ὕοντος τοῦ θεοῦ. Dipsad. 2 (3, 235): ὕοντα τὸν θεὸν τηρήσαντες.

βροντᾷ: Jup. trag. 45 (2, 693) Timocles stoicus sic ratiocinatur: οὐδὲ βροντῶντος ἄρα τοῦ Διὸς ἀκούεις, ὦ θεομάχε Δᾶμι; (Hic rursus Juppiter consulto nominatur, quia Timocles, ut utar vore philosophica, per petitionem principii concludit, Jovem existere, quia tonet.)

Haec omnia eiusmodi exempla sunt, in quibus subjectum apud Lucianum additum repperimus. Omittitur tantum modo in: de merc. cond. 32 (1, 691) ὕοντος δὲ πολλάκις ὕστατος ἐλθὼν — τὸ ζεῦγος περιμένεις.

Verbum ἐσάλπιγξεν apud Lucianum non invenimus, σημαίνει autem non aliter atque ad personam relatum: Zeux. 9 (1, 847) ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτής. Navig. 36 (3, 272) ἐπειδὰν δὲ σημάνῃ ὁ σαλπιγκτής (sic Jacobitz.)

Formulas autem ὕει, βροντᾷ, νίφει Luciani quidem temporibus etiam «impersonaliter» cogitatas et dictas esse manifestum est ex hoc Luciani loco: Icaromen. 26 (2, 783) προσέταττε (sc. Juppiter) τοῖς ἀνέμοις καὶ ταῖς ὥραις, ἃ δεῖ ποιεῖν· τήμερον παρὰ Σκύθαις ὑέτω, παρὰ Λιβύσιν ἀστραπτέτω παρ' Ἕλλησι νιφέτω. In his igitur ellipsis non statuenda est, nam verba «impersonalia» elliptica non sunt, quia subjectum non abest, sed terminatione verbi satis indicatur. Hac enim nihil nisi res vel actio, quae in verbo inest, ipsa significatur ac totâ verbi «impersonalis» formâ nihil nisi hanc rem vel actionem existere exprimitur cf. Schoemann. Die Lehre von den Redeteilen, 1862, p. 29. Sed in illo altero exemplo: ὕοντος δὲ πολλάκις etc. de merc. cond. 32 (1, 696) potius ellipsis nominis θεοῦ vel Διός intellegenda esse mihi videtur. Itaque judicandum est Lucianum partim, cum suam de natura deorum sententiam sequeretur, verba ὕει etc. ut impersonalia posuisse, partim et potius cum veterum dicendi usum imitaretur aut ellipsin admisisse aut plene dicentem deorum nomina ad illa verba apposuisse.

Sed haec subjecti ellipsis, per quam subjectum veri et expressi enuntiati omittitur, multo rarius occurrit, quam illa altera, in qua vocabulum quoddam non pro forma sed pro ratione subjectum est, i. e. si substantivum conjungitur cum attributo, e. gr. si in τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ vox ἡμέρᾳ supprimitur. Quod genus ellipseos, ut apud omnes scriptores, sic apud Lucianum saepissime legitur.

Sed magnam huius ellipseos copiam posteriore tempore evulgandam praetereamus interim, ne lectorem fatigemus. Transeamus ad ellipsin adjectivorum.

Adjectivorum ellipsis.

Adjectivorum omissio, ut jam supra diximus, quoad quidem vis praedicati in eis inest, fieri non potest. Ibi tantum agnosci potest, ubi

adjectiva substantivorum loco sunt, itaque subjecti funguntur munere sc. in eam, quam p. 8 indicavimus, sententiam. Sed etiam adjectivorum non pauca a viris doctis sine causa desiderata sunt. Velut tales locutiones, quales ὁ ἔνδον, ὁ πάλαι explicatione, quae per ellipsin fit, non indigent. Dubitari vero potest, num ὁ πάνυ eis adscribendum sit.

ὁ πάνυ:

Bosius (p. 380) περιβόητος, Zeunius, quod haec vox in deteriorem partem acciperetur, περίβλεπτος, sive ἔνδοξος ad ὁ πάνυ supplendum esse censuerunt. Schaeferus autem ad Bos. l. c., si quis nihil prorsus subaudiendum censeret, se quidem repugnare vix audere dixit. Qua sentia probata Hermannus quoque ὁ πάνυ elliptice dictum esse negavit, (Herm. de ell. et pleonasm. opusc. p. 164) quod ad ipsum illud nomen, cui additum esset, spectaret. «Etenim, inquit, ὁ πάνυ Περικλῆς (Xen. Memor. III, 5. est is, qui re vera ac plane Pericles est. i. e. genuinus Pericles non spurius quisquam eoque nomine indignus, ex quo apertum est ne posse quidem hic adjectivum intellegi.» Jam quaeritur, utrum re vera ὁ πάνυ id quod Hermannus censet significare possit necne.

Ac primum quidem non plane in eodem numero habendum est, in quo ὁ ἔνδον, ὁ πάλαι et alia. Nam ἔνδον et πάλαι, adverbia loci et temporis facilius cum articulo conjuncta per se sola poni possunt. Vi locali et temporali, quae in eis est, res aliqua tam clare et certe definitur, ut sine ulla difficultate sententia loquentis perspiciatur. Non eodem modo res se habet in voce πάνυ, quod adverbium qualitatis est ideoque per se sententiam non satis declarat, sed nisi cum verbo, adjectivo, adverbio conjunctum suo munere fungi non potest, sc. ut summum gradum actionis aut adjectivi aut adverbii indicet. Neque vero cum adverbiis ἔνδον etc. ὁ πάνυ comparari debet nec «re vera» vel genuinus, id quod Hermannus voluit, sed ubique: plane, prorsus vel valde, magnopere significat. Nusquam vim, quae est in re vera et genuinus, in voce πάνυ deprehendimus, nec ubi ad adjectiva, adverbia, verba nec ubi ad substantiva apponitur. Nam etiam ad substantiva ὁ πάνυ ita dicitur, ut videri possit per se solum adjectivi significationem habere. Sed in eis, quae huc pertinent, exemplis ὁ πάνυ ad vim verbi, quae in substantivo latet, referendum est velut in ὁ πάνυ γέρων, quod idem est atque ὁ πάνυ γεγηρακώς vel [ὁ πάνυ γεραιός Halc. 3 (1, 180)] et in: οἱ δὲ πόνοι μὴ κατὰ τοὺς πάνυ τούτους οἰκέτας, ubi in οἰκέτης notio participii: serviens inest. Idem intelligitur, si scribas: τούς πάνυ τούτους δουλεύοντας. Ex quibus exemplis, quae multis cumulari possunt, sequi nobis videtur, ut ad ὁ πάνυ semper notio quaedam aut verbi, aut adjectivi, aut adverbii desideretur. Itaque etiam in nominibus propriis cum ὁ πάνυ conjunctis non nomen proprium ipsum, sed adjectivum vel substantivum, quod

adjectivi vim habet, supplendum videtur esse. Id quod exemplis nominum propriorum, quae apud Lucianum voce ὁ πάνυ addita leguntur, confirmari nobis videtur. Videamus singula:

τό τοῦ πιθήκου πεπονθέναί σε φήσουσιν, ὅ Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ φασὶ γενέσθαι Apolog. 5 (1, 713). παρὰ Εὐκράτους ἥκω σοι τοῦ πάνυ. Philops. 5 (3, 34). τίνα τὴν Ἠλέκτραν λέγεις; Χρυς· Ἠλέκτραν μὲν ἐκείνην, τὴν πάνυ, τὴν Ἀγαμέμνονος Vit auct. 22 (1, 563). παρ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πάνυ Διὸς ἥκω τήμερον θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών Icar. 2 (2, 752). ἐπεὶ δὲ Ἡρώδης, ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκην Demon. 24 (2, 384). ἐλέγετο δὲ παρ' Εὐκράτει, τῷ πάνυ, δειπνήσας — πολλά τε συμφιλοσοφῆσαι ἐν τῷ συμποσίῳ καὶ etc. Hermot. 11 (1, 750).

Haec sunt exempla Lucianea, in quibus ὁ πάνυ nomini proprio adjunctum est. Adicimus ea, quae apud alios scriptores leguntur:

Ὁμήρῳ, τῷ πάνυ: Niceph. Gregoras hist. Byzant. XXV, 26. In Steph. thes. vide haec: Suidas s. v. τηλαυγής· Πυθαγόρας, τοῦ πάνυ υἱός. Gragor de Joanne: Ἰωάννην, τὸν πάνυ. Ath. p. 22 [12, p. 537]: περὶ δὲ Ἀλεξάνδρου, τοῦ πάνυ τρυφῆς Gregor: Κωνσταντῖνον, τὸν πάνυ.

Quibus exemplis, si singulatim examinamus, comprobaturne Hermanni explicatio vocis ὁ πάνυ sc.: is, qui re vera ac plane quis est vel genuinus, non spurius eoque nomine indignus? Quadrantne haec. e. gr. in Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ? Significaturne his verbis: Cleopatrae verae ac genuinae non alii, quae hoc nomine indigna est? Sic dici non potest, nisi quae persona aliis expresse opponitur et indicatur has spurias esse, illam veram et genuinam. Quod sane fieri potest illo Xenophontis loco, quo Pericles, ille clarissimus rei publicae Atheniensium dux et gubernator, filio ignobili opponitur. Quamquam differentia illa, quae est inter patrem illustrem et filium minus notum non sine audacia quadam adjectivis «genuinus et spurius» exprimitur. Sed nec πάνυ «revera» vel «genuinus» significat nec necesario illa significatione opus est, qua verba Περικλῆς ὁ πάνυ explicentur. Immo vero multo melius et facilius haec intelleguntur, si ad adjectivi vim spectamus, quae in nomine Περικλῆς latet sc. περίβλεπτος vel ἔνδοξος. Ὁ πάνυ Περικλῆς idem est, quod ὁ πάνυ περίβλεπτος. Itaque in his verbis nulla ellipsis sed facetia quaedam inest et πάνυ suo sc. adverbii munere fungitur.

Non vero res eodem modo in ceteris, quae attulimus, exemplis se habet. Exempla velut τοῦ πάνυ Διός vel Ὁμήρῳ τῷ πάνυ clare indicant ad adjectivi vim, quae in illis nominibus propriis lateat, πάνυ non relatum esse. Ac ne Hermanni quidem explicatio, quae per voces «re vera» et «genuinus» fit, locum in eis habet. Quo modo igitur illa exempla intelligenda sunt? Videtur una tantum explicandi via nobis relicta esse sc. ellipseos adjectivi περίβλεπτος, quod in eis desideratur, statuendae, sed potest fortasse alia via, quae nobis satisfaciat, inveniri. Attendendum est Lucianum et ceteros illos scriptores, apud quos locu-

tionem *ὁ πάνυ* deprehendimus, imitatores veterum esse. Quod si Xenophontis ille locus unus omnium veterum scriptorum est, quo *ὁ πάνυ* cum nomine proprio conjunctum legitur, verisimillimum est hanc locutionem ex illo in posteriorum libros transiisse. Sed quod a Xenophonte nomen Periclis simul nominis proprii et adjectivi loco ponente facete dictum est, Lucianus et ceteri non intellexerunt. Quare locutionem *ὁ πάνυ* formulam putantes, quae idem valeret, quod *ὁ ἔνδοξος*, *ὁ μέγας* etc. scriptis suis propagaverunt [1]).

ἄλλος:

Nonnullis locis Lucianeis adjectivum *ἄλλος* desideratur, imprimis post sententiam per particulam *οὐ* negatam e. gr.: *ἔντερον δὲ οὐδὲ ἧπαρ ἐν αὐτῇ φαίνεται, ἢ τοῦτο μόνον* Ver. hist. I, 24 (2, 90).

[*πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἢ ἀπέκτεινας* Dem. laus 30 (3, 512)]

Bosius aliique viri docti, qui de hac re egerunt, excepto ne Schaefero quidem ellipsin vocis *ἄλλο* statuerunt, Hermannus [2]) ante particulam *ἤ* ellipsin notionis comparativae exstare omnino negat. Itaque, si huius sequeremur sententiam etiam in *οὐδὲν ἤ* ellipsin agnoscere non possemus. Sed Hermanni sententiam, quamvis etiam atque etiam perpenderimus probare non possumus. Judicat enim particulam *ἤ* non necessario comparativam esse sicut nostram «als» et latinam «quam» sed principio interrogativam. Usu factum esse, ut postea idem quod nostrum «als» significaret.

Exemplum, quo Hermannus id, quod sentit, illustrat, hoc est [3]).
Herodot 9. 26. *ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤπερ Ἀθηναίους*
= *ἡμέας δικαιότερον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤπερ Ἀθηναίους.*
ab Hermanno sic explicatum: *ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας ἤπερ δίκαιόν ἐστι Ἀθηναίους.*

Sed tamen enuntiatum sic mutatum mihi quidem minime idem valere videtur quod *ἡμέας δικαιότερον* etc. vel *μᾶλλον δίκαιον* etc. Sententia interrogativa, quae fit per *ἤπερ δίκαιόν ἐστι τοὺς Ἀθηναίους τὸ ἕτερον ἔχειν* nullam nisi negativam vim habere potest ita, ut sententia evadat: *ἡμέας δίκαιον ἔχειν* etc. *ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀθηναίους.* Multo minus quam ad hoc exemplum Hermanni explicatio ad Lucianea quadrat e. gr. *πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἢ ἀπέκτεινας.*

Nos quoque censemus formulam *οὐδὲν ἤ* ellipsi non adhibita explicari posse, sed aliter atque Hermannus judicat. Negatio in eiusmodi

---

[1]) Adjectivi vim in nomine Periclis latere posse et verbo *ὁ πάνυ Περικλῆς* fortasse ex Xenophontis illo velut ex fonte in posteriorum libros fluxisse Blassius benigne me monuit. Cui huius admonitionis gratiam habeo.

[2]) In diss. de. ell. et pleon. opusc. p. 209 seq.

[3]) Hermann, diss. de ell. et pleonasm., opusc. p. 209 sec.

formulis relativa, ut ita dicamus videtur esse sc. quae nullam vim habeat nisi ad verbum quoddam relatum velut in hoc exemplo *οὐδὲν* non absolute ponitur sed simul verbi *ἀπέκτεινας* ratione habita (*οὐδὲν ἢ ἀπέκτεινας* = nihil quod ab interficiendo differat, fecisti = interfecisti tantum). Quae ratio particula *ἢ* indicatur. Vox *ἄλλος* in *οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀπέκτεινας* hanc sententiam magis illustrat, sed necessaria non est. Itaque ellipsis eius vocis in *οὐδὲν ἢ* etc. agnoscenda non est.

Similia atque nos ex Luciano Hermannus (ad Vig. p. 409) et Schaefer, (ad L. Bos. index p. 847) ex Platone et Xenophonte attulerunt.

In formula *τί ἄλλο ἤ*; quae idem valet, quod *οὐδὲν ἄλλο ἢ* sive *οὐδὲν ἢ* adjectivum *ἄλλο* apud Lucianum non omitti solet cf. dial. deor. 23, 2 (1, 274). Hermot 83 (1, 828). Dial. mort. 23, 2 (1, 391).

ἔχων:

Participium *ἔχων* substantivi loco apud Lucianum omissum, ita ut articulus tantum adjuncto accusativo ponatur velut *ὁ τὸ ξύλον* (*ἔχων*), quum per se, tum propterea memorabile est, quod apud hunc frequens est, apud veteres scriptores raro legitur. Hanc formulam ex usu sermonis vulgaris a scriptoribus sumptam esse, qua cotidianum loquendi genus imitarentur, facile cognoscitur. Itaque in dialogis Lucianeis suum habet locum atque in his solis occurrit, praeter unum exemplum, quod in libello de electro s. cycnis est. Imprimis *ὁ* c. acc. in interrogationibus positum est.

Exempla: *ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσί καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλόσυρος τίς ὢν τυγχάνεις*; dial. mort. 10, 4 (1, 365) cf. eundem dialogum infr. ubi *ἔχων*, quod supra desideratur, positum est: *τί οὖν ὦ Λάμπιχε τοσαῦτα ἔχων πάρει*, et: *τὸ διάδημα ἐασόν με ἔχειν.*

τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος Charon 9 (1, 501).

ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα; Charon 14 (1, 509).

ἡ τὸν μέγαν περίβολον Charon 23 (1, 522).

ὁ τὸ ξύλον Catapl. 4 (1, 624).

ὁ τὴν σύριγγα Bis acc. 9 (2, 801).

ἡ κατάγραφος, ἡ τὰ ποικίλα sc. *ἡ Στοά* Bis acc. 19 (2, 814).

ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρά Gall. 14 (2, 724).

τίς οὗτος ὁ καλός; ὁ τὴν κιθάραν; Fugit. 29 (3, 380).

ὁ Μίθρης ἐκεῖνος, ὁ Μῆδος ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν Deor. concil. 9 (3, 533).

πότε δὲ ἐπὶ τὰς αἰγείρους ἀφιξόμεθα, τὰς τὸ ἤλεκτρον Electr. 2 (3, 88).

Neque vero *ἔχων*, sed *θύσας* videtur subandiendum esse in:

ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας· Tim. 7 (1, 113).

Ellipsis verbi substantivi.

Ellipsis verbi substantivi imprimis voculae *ἐστί* apud Lucianum non minus frequens est, quam apud veteres scriptores, quin etiam aliquanto

saepius apud illum quam apud hos occurrit. Ut ratio, quae inter Lucianum et veteres hoc in genere intercedat, cognoscatur, ex illius scriptis elegimus libellos: De historia conscribenda, Bis accusatum, Dialogos deorum, marinos, mortuorum. Quos comparavimus cum libro I. operis Thucydidei, Platonis convivio, Demosthenis oratione de corona.

Copula ἐστί si rationem ad centenas paginas Teubnerianas referas, omissa est:

in Thuc libr. I.	(90 p.)	57.
Platon. conv.	(63 p.)	158.
Dem. de cor.	(73 p.)	60.

Qui numeri si rationem eodem modo ac supra inimus, eis, qui apud Lucianum reperiuntur, satis multo superantur:

cop. ἐστί omissa est:

De hist. conscr.	(29 p.)	247.
Bis acc.	(24 p.)	158.
Dial. deor.	(44 p.)	166.
» mar.	(24 p.)	189.
» mort.	(54 p.)	167.

Apparet ex hac comparatione Luciani usum longe distare a Thucydidis et Demosthenis, paulum a Platonis, quantum quidem ex his partibus singulorum operum de tota ratione concludi potest.

De causis huius maioris frequentiae ellipseos, quam apud Lucianum videmus nihil aliud nobis videtur dici posse nisi hanc omissionem Luciano esse in deliciis et proprietatem esse eius sermonis. Nam ex natura dialogi, quo utitur Lucianus, eam non oriri neque explicandam esse ex eo patet, quod in libello de hist. censcr., qui dialogi forma caret, copula saepius omittitur, quam in dialogis sc. Bis acc., dial deor, mar. mort.

Sed ut clarius intelligamus, quae ratis ellipseos copulae ἐστί apud Lucianum sit, non satis est demonstrare, quantus numerus ellipsium apud hunc, quantus apud illos veteres sit, sed etiam: quot locis ἐστί apud Lucianum omittatur, quot adiciatur.

Videamus singula, quae elegimus, scripta:

Copula ἐστί omissa est		posita est
[1] De hist. conscr.	: 74.	16.
Bis acc.	: 38.	13.
Dial. deor.	: 74.	53.
» mar.	: 36.	18.
» mort.	: 91.	44.

[1] Hos numeros ad centenas paginas Teubnerianas relatos, v. supra.

Sive si rationem ad 1. referimus:

De hist. conscr.	: 4,62	1.
Bis acc.	: 2,92	1.
Dial. deor.	: 1,40	1.
» mar.	: 2,00	1.
» mort.	: 2,07	1.

Copula igitur ἐστί apud Lucianum multo saepius omittitur quam ponitur.

In illorum autem veterum scriptis, quae jam supra cum Lucianeis comparavimus, inter ἐστί positum et omissum haec exhibetur ratio:

Copula ἐστί omissa est		posita est
Thuc lib. I.	: 51.	28.
Plat. conviv.	: 98.	119.
Dem. de cor.	: 44.	54.

Sive si rationem ad 1. referimus:

Thuc lib. I.	: 1,82	1.
Plat. conviv.	: 0,82	1.
Dem. de cor.	: 0,81	1.

Ex quibus colligitur etiam differentiam inter positam et omissam copulam ἐστί apud Lucianum aliquanto maiorem esse, quam apud illos veteres. Multo maior est in libris De hist. conscr., Bis acc., Dialog. mort., mar., minor in Dial deor. Horum sc. Dial. deor. ratio Thucydidis fere par est, in eo autem longe dispar, quod et positum et omissum ἐστί apud Thucydidem multo rarius est quam in Luciani Dial. deor.

Haec in universum de frequentia ellipseos copulae ἐστί. Proximum est, ut exponatur, quae ratio ellipseos ἐστί in singulis, quae contulimus, scriptis Lucianeis sit, quibus in enuntiatis magis, quibus minus frequens sit et in quibus nominibus ἐστί saepissime abesse soleat.

De ellipsi copulae ἐστί in enuntiatis.

2) in enuntiatis primariis.

De frequentia ellipseos voculae ἐστί, quae sit in his vel illis enuntiatis primum dicendum est, eam multo maiorem esse in enuntiatis primariis (sc. affirmativis exceptis interrogativis) quam secundariis. Numerus ellipsium in illis est: 237, in his 58.

Quo accedit, quod differentia inter numerum omissorum et positorum ἐστί maior est in primariis quam in secundariis enuntiatis.

Copula ἐστί omissa est		posita est
in enunt. prim.	237.	77.
» sec.	58.	43.

Unde intelligitur, in enuntiatis primariis numerum omissorum ἐστί paene triplo majorem esse quam positorum, in secundariis haec illa

numero paene adaequare [1]). Quae differentia inde nasci videtur, quod in Dial. deor., mar., mort. secundum dialogi naturam, in quo alter alteri brevibus et simplicibus sententiis respondere solet, magna frequentia brevium enuntiatorum primariorum est.

Copula ἐστί in enuntiatis primariis interrogativis.

Seclusimus in antecedentibus ex primariis sententiis interrogativas, quae hic separatim considerentur. Putet quis in his ellipsin ἐστί propterea frequentiorem esse, quia homines interrogantes brevitati studere soleant omissis eis verbis, quae ad interrogationem clariorem reddendam non valeant ideoque abesse possint, id quod in copulam cadat. Neque vero res ita se habet apud Lucianum. Omittitur quidem in scriptis selectis ἐστί non paucis locis sc. **28.** neque ita multo minus positum reperitur sc. **24.**

Paulo maior frequentia ellipseos est, si in sententiis interrogativis a pronomine τίς incipientibus omissum ἐστί cum non omisso conferas, sc. **14.** deest, **8.** legitur. Quae frequentia non minima ex parte inde oritur, quod brevis quaedam formula interrogandi τί τοῦτο; saepius redit, in qua ἐστί, quoad videmus semper abest. v. Dial. deor. 5, 5 (2, 216). Dial. mar. 3, 1 (1, 295). Dial. mort. 10, 9 (1, 372), 27, 8 (1, 443). Bis acc. 24 (2, 822). Quibus adde ex ceteris Luciani scriptis: Jup. trag, 18 (2, 663). Pisc. 1 (1, 571), 48 (1, 616). Catapl. 5 (1, 626). Navig. 19 (3, 260). Catapl. 3 (1, 623).

Ex his, quae de enuntiatis primariis interrogativis statuimus, perspicitur: in eis ellipsin voculae ἐστί non praecipuum obtinere locum.

2) In enuntiatis secundariis.

a) in enuntiatis interrogativis.

Veniamus ad enuntiata secundaria ac primum quidem ad interrogativa. De his, ut nos quidem observavimus, idem fere dicendum est ac de primariis imterrogativis sc. ἐστί non saepius omitti quam poni. Nam in eis, quae elegimus scriptis Lucianeis enuntiata interrogativa a verbo suspensa copula ἐστί **18.** carent, **19.** praedita sunt. Numerus omissorum ἐστί etiam minor esset, nisi in sex enuntiatis adjectivum, quod dicitur, verbale praedicati loco occurreret, in quo, ut postea videbimus, copula saepissime deest.

---

[1]) Diversus igitur hac in re Luciani usus a Xenophonteo sit, si Boettcherum quidem sequimur, qui apud Xenophontem copulam ἐστί in enuntiatis secundariis poni solere statuit. Sed veremus ne hoc Boettcheri judicium inde ortum sit, quod in enunt. sec. tantummodo positum ἐστί observaret, exempla omissi neque numeraret neque ad comparandum adhiberet.

Cop. omissa est in:

Dial. deor. 4, 5 (1, 212): ὃ πρακτέον, 6, 1 (1, 217): ὁποῖος, 18, 1 (1, 248): ὡς, 23, 2 (1, 272): ὅσον, 25, 2 (1, 279): ἡλίκος, 25, 3 (1, 280): ὁπόσον, Dial. mort. 3, 1 (1, 339): ὅτι, De hist conscr. 4 (2, 5): ἡλίκος, 6 (2, 8): quinquies -τέον, 6 (2, 8): ὅσα-ἄμεινον, 19 (2, 28): ὡς. Bis acc. 34 (2, 834): εἰ, Dial. Deor. 2, 1 (1, 206): εἰ, 20, 11 (263): εἰ.

Cop. posita est in:

Dial. Deor. 1, 1 (1, 205): ἔνθα, 20, 1 (253): ἥτις, 23, 1 (273): εἴτε-εἴτε, 26, 1 (280): πότερος, 7, 1 (220): ὡς, 9, 2 (228): ὡς, 12, 2 (234): οἷα, 16, 1 (243): οἷος, 20, 4 (255): εἰ, 5 (257): εἰ, Dial. mort. 1, 2 (332): ὁποῖος, 19, 1 (411): ὡς, 20, 4 (417): εἰ, 23, 2 (427): οἷον, 24, 2 (430): ὡς, 25, 1 (432): πότερος. De hist. conscr. 5 (2, 7): ὡς, 30 (40): οἷα, Bis acc. 9 (2, 801): ὅστις.

b) in enuntiatis relativis.

Ac ne relativi quidem enuntiati ratio quidquam ad frequentiam ellipseos verbi substantivi valere videtur. Numeravimus enim **12** enuntiata relativa, in quibus desideratur, **11** in quibus adicitur.

Cop. omissa est in:

Dial. deor. 5, 2 (1, 214): ὅσον, 11 (231): ὅς, 13, 1 (236): ἃ μὴ θέμις, 20, 14 (1, 264): οἷαν εἰκός. Dial. mar. 15, 1 (325): ὅσα. Dial. mort. 6, 2 (347): ὅστις, 11, 1 (376): οὗ. De hist. conscr. 38 (2, 51): ὅπερ, 45 (57): παρ' ὅσον. Bis acc. 2 (2, 794): ᾧ, 8 (800): ὁπόσον.

Cop. ἐστί posita est in:

Dial. deor. 7, 1 (1, 220): ὅ, 13 (264): οἷαπερ, 15 (266): ὅπερ. Dial. mar. 1, 5 (291): οἷος. Dial. mort. 3, 2 (340): ὅ, 5, 1 (345): ὅ, 18, 1 (408): ἔνθα. De hist. conscr. 6 (2, 8): ἅ, 13 (19): ἅ, 23 (32): ὅσα. Bis acc. 21 (2, 817): ὅπερ, 29 (828): δι' ἥν.

c) in enuntiatis condicionalibus.

Multo magis quam in antecedentibus enuntiatis ellipsis vocis ἐστί usitata esse dici potest in condicionalibus, quae a particula εἰ incipiunt. Nam haec praeter unum omnia, quae quidem observavimus, verbo ἐστί carent.

Sunt 13 exempla ellipseos:

Dial. deor. 2, 8 (1, 226). Dial. mar. 2, 2 (294). Dial. mort. 16, 5 (405), 22, 1 (423), 28, 2 (446), 30, 1 (451). De hist. conscr. 5 (2, 7), 16 (25), 33 (44), 35 (46). Bis acc. 8 (2, 800), 14 (808), 21 (819).

Cop. posita est:

Dial. mort. 12, 3 (1. 385).

d) in enuntiatis comparativis.

Neque minus in enuntiatis comparativis ab ὡς incipientibus Lucianus ellipseos amans videtur esse, siquidem ex parvo exemplorum numero concludi potest. Omisit enim : **6,** posuit : **1.**

Cop. omissa est:

Dial. deor 30, 5 (1, 257): ὡς λόγος. Dial. mar. 3, 1 (1, 295): ὡς ἔθος, 11, 2 (318): ὡς εἰκός. Bis acc. 12 (2, 806): ὥσπερ νόμος, 33 (832): ὡς νόμος, 34 (835): ὡς δύναμις.

Cop. posita est:

Dial. mort. 6, 3 (1, 351): ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον.

De ceteris enuntiatis secundariis, in quibus vocula ἐστί aut desideratur aut exstare eam observavimus sc. explicativis, causalibus, concessivis certi nihil statui potest propter paucitatem exemplorum, quorum pars ellipsin exhibet, pars non habet. v. exempla:

e) in enuntiatis explicativis (ὅτι).

Cop. omissa est:

Dial. deor. 25, 2 (483). De hist. conscr. 11 (2, 14). Bis acc. 16 (2, 810). [3 exempla].

Cop. posita est:

Dial. deor. 21, 1 (1, 268). Dial. mar. 2, 4 (294). Dial. mort. 1, 3 (334). De hist. conscr. 14 (2, 19). [4 exempla].

f) in enuntiatis explicativis (ὡς).

Cop. omissa est:

Dial. mort. 15, 2 (1, 400). De hist. conscr. 9 (2, 11).

Cop. posita est:

De hist. conscr. 5 (2, 7), 23 (32).

g) in enuntiatis causalibus (ἐπεί).

Cop. omissa est:

Dial. deor. 26 (1, 281), Bis acc. 15 (2, 810).

Cop. posita est: nusquam.

h) in enuntiatis concessivis (εἰ καί).

Cop. omissa est:

Bis acc. 14 (2, 808).

Cop. posita est: nusquam.

Quae igitur ex hac enuntiatorum perlustratione maxime ad usum ellipseos Lucianeum redundant, tria sunt:

primum: quod hoc idioma linguae graecae apud hunc multo frequentius est in enuntiatis primariis quam in secundariis,

deinde: quod in condicionalibus a particula εἰ incipientibus,

tum: quod in comparativis cum particula ὡς compositis omissio copulae Lucianeae consuetudinis est.

Ellipsis copulae ἐστί in nominibus.

Sequitur, ut quaeratur, num Luciani proprium sit in certis nominibus vel generibus nominum omissionem voculae ἐστί admittere. De quo ellipseos genere in universum jam a viris doctis, qui syntaxi graecae operam navaverunt: Buttmanno, Kuehnero, Kruegero, Curtio nonnulla observata sunt. Amplissime de hac re egit Kuehnerus. Hi docuerunt saepissime ellipsin copulae ἐστί in adjectivo verbali occurrere, non minus autem in nominibus, qualia sint: χρεών, θέμις, ἀνάγκη, ὥρα, ἔθος vel, ut haec complexus dicit Kuehnerus, in nominibus quae officium, necessitatem, morem, consuetudinem, tempus significent.

Quae regula Lucianeo usu confirmatur atque ita quidem, ut adjectivum verbale paene sine exceptione copula ἐστί careat.

In eis, quae elegimus scriptis, adjectivum verbale in -τέος, α, ον terminans **27.** sine ἐστί cernitur, **1.** adjectum est. Cuius ellipseos multo maior pars in libello De hist. c. reperitur sc. **22.** neque usquam in hoc copula posita est. Causa huius multitudinis in libello, quem diximus, est, quod in eo praecepta constituuntur, quid rerum scriptori agendum sit, quid non. Quae praecepta plerumque adjectivis verbalibus exprimuntur. Praeterea memorabile est, plurimis locis, quibus copula desit, scriptorem neutro genere uti, illo, quo uno loco (sc. in scriptis selectis) ἐστί adjectum sit, adjectivum verbale feminini generis legi sc. Dial. mar. 6, 3 (304): συλληπτέα ἐστί.

ἐστί omissum est in:

Dial. deor. 4, 5 (1, 212): -τέον, 5, 4 (215): -τέος. Dial. mar. 7, 2 (306): -τέα. Dial. mort. 3, 1 (339): -τεόν. Idem: 19, 1 (410). De hist. conscr. 6 (2, 8): quinquies, 9 (11): quater 21 (29), 39 (53): bis, 45 (58): bis, 46 (58), 47 (59), 51 (62): bis, 57 (65), 60 (67): ter.

Adde ex ceteris scriptis Lucianeis:

Prom. i. v. 7 (1, 37): -τέον. Idem Tim. 9 (1, 115): bis Hermot. 15 (754). Herod. 7 (837). Abdic. 10 (2, 168). Imag. 17 (476): -τέα fem. Jup. trag. 7 (651): -τέος.

Contra positum est:

De merc. cond. 42 (1, 702): εἰ παριτητέος ἐστί. Quo loco forma masculini generis attendenda est.

Ell. copulae ἐστί in substantivis.

Ellipsis copulae ἐστί in eis, quae supra attulimus, nominibus sc. ἔθος, νόμος, ὥρα etc. apud Lucianum quoque consueta est et nonnulla eorum semper sine copula posita sunt. Quae sicubi cernitur, tanquam regulam laesam tenemus. Animadvertendum autem est ea, de quibus agitur, nomina generalis esse significationis et quibus quid de actione vel statu quodam praedicetur quaeque propterea cum infinitivo componantur. Apud Lucianum quidem ea aut cum infinitivo conjuncta videmus (id quod saepissime fit) aut sic posita, ut infinitivus ex antecedentibus vel sequentibus supplendus sit, (e. gr. in enuntiatis relativis et comparativis ab ὡς incipientibus) aut pronomini τοῦτο, si infinitivi loco est, adjecta sunt.

Alia autem substantiva ac diximus multo rarius praedicati loco sine copula ἐστί ponuntur.

Ἐστί omissum est in Dial. deor. mar., mort., De hist. c., Bis acc. in his nominibus:

θέμις (6): Dial. deor. 13,1 (1,236). Dial. mar. 9,1 (311). Dial. mort. 13,3 (1,392), 22,2 (425), 23,2 (428), 29,2 (450).

ὥρα (5): Dial. deor. 4,5 (1,212), 20,1 (253), 5 (257), 9 (260), 11 (202).

καιρός (3): Dial. deor. 20,12 (1,263). Dial. mar. 6,2 (303). Bis acc. 24 (2,822).

ἀνάγκη (3): Dial. deor. 20,1 (254). Dial. mar. 6,2 (303). Dial. mort. 28,1 (445).

νόμος (2): Bis acc. 12 (2,806), 33 (831).

ἔθος (2): Dial. mar. 3,1 (1,295). Dial. mort. 28,3 (447).

σχολή (2): Dial. mort 18,1 (1,408), 2 (409).

λόγος (1): Dial. deor. 20,5 (1,257).

αἰσχύνη (1): Dial. mort. 15,1 (1,399).

Ellipsis cop. ἐστί etiam apud nonnulla substantiva absolute i. e. sine infinitivo vel adjecto vel supplendo posita occurit, sed ita, ut ea per se sola legantur aut infinitivi loco enuntiatum condicionale antecedat vel sequatur. v. exempla:

εἰρήνη: Dial mort. 4,2 (1,342), 10,7 (367).

κίνδυνος: Dial. deor 25,2 (1,279), de hist. c. 4 (2,5).

ὄφελος: Dial mort. 17,1 (1,406): οὐδὲν ὄφελος, εἰ-.

συγγνώμη: Dial. mort. 29,2 (1,449): συγγν. εἰ-.

φθόνος: Dial. deor. 18,1 (248) οὐδεὶς φθόνος, εἰ-
de hist. c. 8 (2,10) κἂν-φθόνος οὐδείς.

Ex scriptis selectis omnia exempla conferre studuimus. Subicimus, quae in ceteris legimus.

ἀνάγκη (13): Nigr. 38 (1,82). Hermot. 27 (1,767), 28 (769), 38 (781), 39 (781), de merc. c. 27 (1,686). Abdic. 9 (2,167). Jup. conf. 4 (2,628) bis Jup. trag. 4 (2,646), 38 (685), Gall. 4 (2,709). Vit auct. 23 (1,563).

θέμις (9): Somn. 2 (1,4). Nigrin 6 (1,43). Charon 2 (1,492), de merc. c. 29 (1,688). Jup. conf. 3 (2,628). Gall. 28 (2,746). Necyom. 21 (1,485). Vit. auc. 23 (1,564). Catapl. 18 (1,641).

καιρός (9) [Halc. 8 (1,184)]. Charon 18 (1,515). Pisc. 52 (1,619), Catapl. 2 (1,623). Gall. 15 (2.725). Prom. s. c. 5 (1,190), De laps. 8 (1,734). Apophr. 10 (3,170). Navig. 39 (3,273).

ἔθος (8): Hermot. 15 (1,754). Abdic. 25 (2,181). Jup. trag. 30 (2,675), 37 (685). Paras. 2 (2,839). Dial. meretr. 4,2 (3,287). Catapl. 4 (1,624), 5 (626).

ἐστί adjectum est in: Catapl. 28 (1,650): *ἔθος ἐστίν.*

ὥρα (7): Jud. voc. 6 (1,90). Vit. aut. 3 (1,542). Char. 2 (1,493), Zeux. 12 (1,849). Jup. trag. 14 (2,656). Icar. 17 (2,772). Apophr. 8 (3,169).

σχολή (4): Charon 1 (1,488). Jup. conf. 6 (2,631). Icar. 3 (2,755). Hermot. 11 (1,749).

In substantivis sine infinitivo.

ὄφελος (8): Tim. 55 (1,171): *ὅπερ λιχνείας ὄφελος*, Herodot. s. Act. 8 (1,837). Hermot. 77 (1,820), de laps. 11 (1,735). Tyrannic. 18 (2,155). Phalar. I, 8 (2,195). Gall. 3 (2,707). Adv. ind. 5 (3,103).

λόγος (7): Charon 24, 1 (1,524): *Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος*, Catapl. 14 (1,636). Scyth 4 (1,860). Gall. 5 (2,711), 21 (734). Herm. 19 (1,758). [Halc. 7 (1,183)].

συγγνώμη [1]) (6): de merc. c. 8 (1,663): *εἰ.* Imag. 16 (2,475): *εἰ*, De imag. 12 (2,490): *εἰ*, 17 (2,495): *εἰ.* Jup. conf. 2 (2,627): *εἰ.* Philops. 15 (3,43): *εἰ.*

---

[1]) Possit aliquis dubitare, utrum ad substantivum *συγγνώμη* vocula *ἐστί* an imperativus *ἔστω* supplendus sit. Imperativum subaudiendum esse verisimilius videri possit alicui id spectanti, quod is, qui veniam sibi parare studet, eam per imperativum quasi sibi postulet, vel id, quod ei, qui venia indigeat, ab alio velut a scriptore ipso postuletur. E. gr. Imag. 16 (2,475): *πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω, οὐκ ἄχρι τοῦ ἐπικεχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα. Καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς, οὐ γὰρ ἐσθ' ὅτι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι παιδείας πέρι μνημονεύεται. Πλὴν ἀλλά, εἴγε δοκεῖ, ἀνακείσθω καὶ αὕτη.*

φθόνος (3): Prom. s. c. 18 (1,201). Vit. auct. 21 (1,561). Rhet. pr. 1 (3,2).
κίνδυνος (2): de merc. c. 28 (1,687). Gall. 26 (2,742).
μῦθος (1): Gall. 17 (2,729).
χάρις (1): Dial. meretr. 9,1 (3,301).
αἰτία (3): Gall. 15 (2,710), de merc. c. 42 (1,704). Saturnal. 7 (3,390).

Haec sunt praedicati nomina, substantiva, in quibus ellipsis copulae *ἐστί* in scriptis Lucianeis maxime usitata est. Ordinem eorum quidem exemplorum, quae ex selectis scriptis collegimus, secundum ellipseos frequentiam instituimus. In ceteris certum ordinem proponere non potuimus, quia non omnia exempla congerimus, sed quae quoque loco invenimus. Sed tamen, si ea sic ordinamus, ut fecimus, ratio frequentiae ellipseos quodammodo perspicitur.

Ellipsis cop. *ἐστί* in adjectivis.

In copula *ἐστί* in adjectivis praedicati munere fungentibus omissa, quae multo frequentior est, quam apud substantiva, accuratius observanti apparet imprimis formam neutrius generis eam esse, ad quam copula saepissime desideretur. Computavimus in scriptis selectis **181** exempla adjectivorum praedicati loco sine vocula *ἐστί* positorum, quorum **108.** neutrius generis num. sing., **27.** neutrius generis num. plur. sunt. Restant **46,** in quibus adjectiva ad subjecta masculini vel femini generis referuntur. Inter adjectiva neutrius generis num. sing. numerus eorum, quae cum infinitivo componuntur, aliquanto maior est (sc. 62), quam aliorum (sc. 46). Est igitur hac in re apud Lucianum similitudo

---

Hoc loco, qui loquitur sc. Polystratus sibi veniam petere vel quasi postulare videatur ideoque imperativus aptus esse, qui suppleatur. Quin etiam eo haec opinio confirmari videtur, quod imperativus et antecedit et sequitur sc. *κεκοσμήσθω* et *ἀνακείσθω*. Sed tamen potius *ἐστί* mente adiciendum esse censemus. Nam si quaeritur, quid in ellipsi quadam suppleatur, id praeferendum est, quod simplicissimum est, quia hoc a loquente facillime omittitur et ab audiente subauditur. Neque quidquam obstat, quin omnibus, quos attulimus locis sicut eo, de quo modo diximus, *ἐστί* abesse putemus, dummodo aliam sententiam ac supra substantivo *συγγνώμη* significatam esse, intellegamus. Per formulam enim: *συγγνώμη ἐστί*, non petitur venia, sicut per: *συγγνώμη ἔστω*, sed is, qui dicit: *συγγνώμη ἐστί, εἰ* confidit fore ut venia sibi detur. Qua re sententia eadem est ac: *συγγιγνώσκεται, εἰ-*, quae non multum differt a *σύγγνωστός τίς ἐστιν, εἰ* vel c. partic. cf. Dial. deor 23,2 (1,274): *σύγγνωστος γὰρ, εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρα*. et Dial. mort. 12,5 (1,387) Accedit, quod sententia *συγγνώμη ἔστω* ad exemplum, quod est Philops. 15 (3,43): *ἐπίστευον γὰρ ἄν, εἴγε εἶδον αὐτά, νῦν δὲ συγγνώμη, οἶμαι, εἰ μὴ τὰ ὅμοια ὑμῖν ὀξυδερκεῖν ἔχω.* — propter verbum *οἶμαι* omnino non quadraret. Ceterum formula: *συγγνώμη ἐστίν* similis est formulae: *οὐδεὶς φθόνος, εἰ* cf. Dial. deor. 18,1 (1,248) De hist. c. 8 (2,10), Rhet. praec. 2 (3,1), in qua propter particulam negationis: *οὐ* imperativum *ἔστω* suppleri non posse manifestum est.

inter adjectiva et substantiva cum infinitivo conjuncta sc. subst. *θέμις*, *ἔθος* etc.

Sunt inter haec omnia adjectiva, quae aut semper aut semper fere sine copula *ἐστί* a Luciano ponantur.

Sequitur conspectus eorum, ex quo frequentia ellipseos cognoscatur.

ἱκανός (10): Dial. deor. 24,1 (1,276): *ἱκανά*. 25,2 (279): *ἱκανόν*. Dial. deor. 10,1 (315): *ἱκανός*. Dial. mort. 10,9 (372): *ἱκανός*. 12,4 (386): *ἱκανή*. 12,6 (388): *ἱκανά*. 25,2 (433): *ἱκανόν*. 28,2 (446): *ἱκανόν*. De hist. consc. 8 (2,10): *ἱκανός*. Bis acc. 23 (2,822): *ἱκανόν*.

ῥᾴδιος (8): Dial. deor. 2,2 (1,207): *ῥᾴδιον*. 8 (226): *εἴ σοι ῥᾴδιον*. supple ex antec.: *συναρπάσαι*. Dial. mort. 1,2 (1,332): *ῥᾴδιον — εὑρεῖν*. 20,1 (412): *οὐ ῥᾴδιον* sc. *περιηγήσασθαι*. ex antec. 28,1 (445): *οὐκέτι διαγνῶναι ῥᾴδιον*. 28,2 (446): *εἴ σοι ῥᾴδιον* sc. *ἀποκρίνασθαι*. ex antec. Bis acc. 2 (2,795): *οὐδέ οὕτω διαφυγεῖν ῥᾴδιον*. 15 (810): *ἐπεί σοι ῥᾴδιον* sc. *εἰπεῖν* ex antec.

Contra plene: Dial. mort. 16,4 (404).

δυνατός (6): Dial. mar. 1,4 (1,298) *εἰ δὲ καὶ πῦρ γίγνεσθαι δυνατόν*. 9,2 (313): *δυνατὸς ἀντέχειν*. 9,2 (314): *δυνατωτέρα* fem. Dial. mort. 16,1 (402): *δυνατόν — εἶναι*. Bis acc. 8 (2,800): *εἰ δυνατή*. 34 (835): *ἀπολελόγημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί*.

Contra plene scriptum est: Dial. mort. 28,2 (1,447): *δυνατά ἐστιν*.

ἀδύνατος (5): Dial. deor. 10,1 (1,230): *ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον*. Dial. mar. 2,4 (294): *εἰ ἰάσασθαι ἀδύνατον* sc. *ἀποδιδόναι* ex antec., 26,2 (436): *ἀδύνατον*. 17,2 (408): *ἀδύνατον γὰρ* sc. *πιεῖν* ex antec.

Contra plene: Dial. mort. 19,1 (411).

ἄξιος (6): Dial. deor. 14,1 (1,238): *ἄξιον τὸ τοιοῦτον*. Dial mar. 9,2 (312): *ἀχαριστεῖν οὐκ ἄξιον*. Dial. mort. 11,2 (377): *ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον*. 19,1 (410): *ἄξιος ἄγχεσθαι*. De hist. c. 10 (2,13): *εἰπεῖν ἄξιον*. Bis acc. 14 (2,808) *δικασθῆναι ἄξιον*.

ἄμεινον (5): Dial. mort. 4,2 (1,342): *ἄμεινον οὕτως*. 10,6 (367): *οὕτως ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι*. 19,1 (411): *ἄμεινον οὕτω*. D. h. c. 6 (2,8) *ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον*. 9 (2,12): *τὸ τερπνὸν δὲ ἄμεινον*.

οὐ χαλεπόν (5): Dial. deor. 4,4 (1,211), 20,7 (258), (259. Dial. mort. 1,3 (334), 28,2 (446).

ἀναγκαῖος (4): Dial. deor. 24,2 (1,276): *ποιεῖν ἀναγκαῖον*. De hist. c. 19 (2,27): *σκόπει, ὡς ἀναγκαῖα ταῦτα*. Bis acc. 1 (2,792): *ἀναγκαῖον εἶναι* 2 (794): *ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον*.

δίκαιος (4): Dial. mort. 6,1 (1,346): *τοῦτο-δίκαιον* c. infr. ibidem.: *δικαιότατον—εἰ*. 30,1 (451) *ἀποτίνειν—δίκαιον*. De hist. c. 38 (2,251) *ὅπερ δικαιότατον*.

Contra plene: Dial. mort. 6,3 (1,351): *ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον.*

ἀσφαλής (3): Dial. deor. 21,2 (1,268) *οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν* et ibid.: *οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε σοὶ λέγειν* etc. Dial. mar. 4,2 (299): *οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα.*

δεινός (3): Dial. deor. 3,3 (1,214): *καὶ τί δεινόν.* 6,5 (219): *οὐ δεινὸν τοῦτο.* 24,1 (275): *τὸ δὲ πάντων δεινότατον.*

ἡδύς (2): Dial. mort. 6,5 (1,354): *τοῦτο-ἐμοὶ ἥδιστον.* 22,1 (423): *εἰ τοῦτο-ἥδιον.*

παράδοξος (2): Dial. mar. 7,2 (1,306): *παράδοξα-ταῦτα.* Bis acc. 18 (2,814): *παράδοξον οὐδέν.*

γελοῖος (2): Dial. mort. 10,9 (1,372): *γελοιότερον γὰρ τοῦτο.* De hist. c. 24 (2,33): *τὸ δὲ καὶ γελοῖον.*

ἀπίθανος (2): Dial. mar. 4,1 (1,298): *ὕδωρ σε γίγνεσθαι οὐκ ἀπίθανον.* Bis acc. 30 (2,829): *τοῦτο μὲν ἀπίθανον.*

δῆλος (2).

Certa regula apud Lucianum, sicut omnino in sermone graeco, ellipseos usus in: *δῆλον ὅτι* est. Adverbii loco ponitur. Exemplis eius, quae frequentissima in scriptis Lucianeis ist, ellipseos non opus est. Afferimus ea tantum, in quibus *δῆλος* praedicatum est nequedum ut *δῆλον ὅτι* in formulam cessit. Dial. mort. 25,1 (1,432): *οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον.* 30,2 (451): *δῆλον ὡς τὸν δικαστήν.*

πρόδηλος (1): *πρόδηλός γε ὁ ἔρως*: Dial. mort. 10,3 (1,361).

ἄδηλος (1): Dial. deor. 20,15 (1,266): *ὅπως-χωρήσει ἄδηλον.*

Singulis locis invenimus: *βαρύ*: Dial. mort. 1,2 (1,332), *ἀγνῶμον*: Bis acc. 29 (2,829), *τεράστιον*: Dial. deor. 3,1 (1,207), *πιθανόν*: De hist. c. 25 (2,33) *ἄκαιρον*: De hist. c. 7 (2,8), *ὅσιον*: De hist. c. 18 (2,26).

Postremo loco sint nonnullae voces, quae semper adjectivorum loco sunt: *εἰκός, οἷος τε, πλησίον.* Copula *ἐστί*, quantum vidimus, in selectis scriptis semper in eis omittitur.

εἰκός (5): Dial. deor. 20,14 (1,264): *λευκή, οἵαν εἰκός, ἐκ κύκνου γεγεέημένος.* Dial. mar. 11,2 (1,318): *ὡς εἰκός.* 14,1 (322): *εἰκός — εἶναι.* De mort 12,1 (1,420): *εἰκός — μὴ ὑλακτεῖν μόνον.* De hist. c. 10 (2,15): *ἑωρακέναι — σε εἰκός.*

οἷος τε (5): Dial. deor. 19,2 (1,251): *οὐδὲ — καταλαβεῖν οἷόν τε.* 20,2 (254): *οὐ γὰρ οἷόν τε — εἶναι.* 20,8 (259): *οὐχ οἷόν τε ἀναδῦναι.* Dial. mort. 27,4 (440): *πῶς οἷόν τε γενέσθαι.* Bis acc. 29 (2,829): *οὐ γὰρ οἷόν τε ἀπολογεῖσθαι.*

πλησίον (1): Dial. mar. 6,2 (1,304): *αὕτη σοι πλησίον.*

Exempla ex ceteris scriptis Lucianeis collecta:

ἱκανός (14): Prom. i. v. 3 (1,27): *οὐ πάνυ ἱκανόν, εἰ.* Vitar. auct. 12 (1,552): *συμπιεῖν ἱκανός.* Hermot. 3 (742): *ὁ διδάσκαλος — ἱκανὸς*

ποιῆσαι. 6 (746): *ἱκανή.* ibid. *ὁπόσον ἱκανόν.* 9 (748): *ἱκανόν.* 21 (759): *ἱκανόν.* 67 (808): *ἱκανός.* [Tox. 11 (2,518): *ἱκανός*]. Jup. conf. 7 (2,631): *ἱκανόν.* 19 (641): *ἱκανά*: Herod. 8 (1,838), *ἱκανόν.* Catapl. 19 (1,64) *ἱκανόν.* Rh. pr. 15 (3,16): *ἱκανά.* Navig. 45 (3,178) *ἱκανός.*

δυνατός (9): Hermot. 28 (1,768): *δυνατὸν—γενέσθαι.* [Asin 47 (2,615): *δυνατόν — καταφυγεῖν*]. Jup. conf. 7 (2,631): *ὑμῖν δὲ δυνατὸν ἀπαλλάττειν.* Jup. trag. 24,2 (669): *ἐς ὅσον ἐμοὶ δυνατόν.* 29 (2,675): *πῶς δυνατὸν ποιεῖν.* 31 (678): *πῶς δυνατόν* sc. *παύσασθαι.* 34 (683): *ὅπερ δυνατόν.* 51 (699): *εἰ—δυνατόν σοι περιτρῖψαι.* Soloec. 1 (3,552): *φυλάξασθαι μὴ σολοικίσαι δυνατός.*

Contra plene: Icar. 21 (2,776): *δυνατόν ἐστί μοι.*

ἀδυνατος (7): [Halc. 7 (1,182): *σοί πολλ' ἄττ' ἀδύνατα*]. Herm. 29 (1,770): *ἄλλως δὲ ἀδύνατον* sc. *ἀφικέσθαι.* Jup. conf. 12 (2,635): *φυλάξασθαι ἀδύνατον.* Navig. 27 (3,266): *ἣν ἐπιδείξασθαι ἀδύνατον.* Adv. ind. 5 (3,103): *ἐπεὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον* sc. *ἀποκρίνασθαι.* Vit. auct. 27 (1,568): *τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον.*

Contra plene: [Halc. 7 (1,183): *γράψαι ἀδυνατώτερόν ἐστι*]. Hermot. 41 (1,784): *ἀδυνατόν ἐστιν — εὑρεῖν.*

ἄξιος (7): Abdic. 32 (2,186): *ἐπιχειρεῖν — οὐκ ἄξιον.* Jup. trag. 19 (2,664): *οὔτε ὀργίζεσθαι ἄξιον οὔτε* — Anach. 10 (2,889): *ἡ δόξα — ἀξία.* Chronos. 11 (3,394) *οὐ γὰρ ἄξιον* sc. *ἀνιᾶσθαι.* Conviv 26 (3,437): *ἄξιος.* Apophr. 4 (3,166): *οὐ γὰρ ἄξιον* c. inf. Disp. c. Hesiod. 9 (3,246): *παραδέξασθαι ἄξιον.*

Plene: Demon. 50 (2,392): *τί παθεῖν ἄξιός ἐστι.*

δῆλος (5): Tim. 27 (1,140): *δῆλον ὡς,* Nigr. 1 (1,38): *δῆλον ὡς.* Jup. conf. 7 (2,631): *ἢ δῆλον,* ibid.: *δῆλον μέν* Hermot. 38 (1,781): *οὐ-δῆλον-, εἰ.*

Plene: Jup. trag. 34 (2,683): *δῆλος — ἐστίν, ὅτι.*

ἄδηλος (5): Navig. 26 (3,265): *ὅτι — ἄδηλον.* Hermot. 27 (1,767): *ἄδηλον.* 38 (781): *ὅτι ἄδηλον, εἰ,* Vit. auct. 27 (1,569): *ἄδηλον.* Herm. 36 (1,778): *ὅπερ ἄδηλον.*

πρόδηλος (5): Jup. trag. 31 (2,678): *πάνυ πρόδηλα.* Catapl. 3 (1,623): *τουτί μὲν πρόδηλον.* Herm. 37 (1,780): *πρόδηλον γὰρ ὡς ἔχει.* *Λυκ. πρόδηλον γάρ.*

γελοῖος (5): Hermot. 29 (1,770) *ὅπερ γελοιότατον.* Jup. conf. 13 (2,636): *τὸ μὲν Λαΐου καὶ γελοῖον.* Jup. trag. 31 (2,678): *οὐ γελοῖα τὰ ἐν ποσίν.* Rhet. praec. 12 (3,13): *γελοῖον ποιεῖσθαι λόγους.* de merc. c. 28 (1,687): *γελοῖον* supple inf.

αἴτιος (5): Char. 17 (1,514): τὸ αἴτιον, ὅτι. Gall. 3 (2,706): ὅτι αἴτιον. Jup. conf. 18 (640): αἴτια. Nigr. 22 (1,60): αἴτιον συμφορῶν 1 (1,39): τί τούτων αἴτιον;

ῥᾴδιος (4): Prom. s. c. 20 (1,203): οὐ ῥᾴδιον — ἁμιλλᾶσθαι. Hermot. 54 (1,795): ῥᾴδιον — καταμαθεῖν. Cynic. 10 (3,544): ῥᾴδιον θεραπεύειν. Hermot. 4 (1,742): ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον.

χεῖρον (4): Scyth. 1 (1,460): οὐ χεῖρον — διηγήσασθαι. [Tox. 1 (2,508): οὐ χεῖρον — εἰ]. Dem. 44 (2,390): οὐ χεῖρον εἰπεῖν. Jup. trag. 7 (2,650): οὐ χεῖρον εἰδέναι.

δεινός (4): Jup. trag. 5 (2,646): δεινὰ ταῦτα. Dial. meretr. 6,2 (3,293): οὐδὲν τοῦτο δεινόν. Hermot. 6,3 (1,804): δεινὸν οὐδὲν εἰ Vit. auct. 24 (1,565): καὶ τί δεινόν —

Plene: Nigrin. 20 (1,58): δεινότατόν ἐστιν idem: 24 (1,60).

φίλος (4): [Tox. 40 (2,548): φίλον]. Gall. 5 (2,710): φίλον. Paras. 3 (2,839): φίλον ἀκούειν. [Philopatr. 4 (3,590): φίλον].

ὅσιος (4): [Tox. 11 (2,518): οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν]. Gall. 16 (2,726): οὐδὲ ὅσιον sc. εἰπεῖν. [Astrol. 19 (2,368): οὐδ' ὅσιον πείθεσθαι. 20 (368): πῶς ὅσιον πιστεῦσαι].

ἡδύς (3): Nigr. 6 (1,44): ἡδύ μοι τὸ μεμνῆσθαι Gall. 6 (712): ἡδὺ γοῦν μοι τὸ μεμνῆσθαι. Navig. 29 (3,267): καὶ τὸ πρᾶγμα οὐχ ὅμοιον ἡδύ.

ἄμεινον (3): Hermot. 29 (1,770): ἄμεινον. Jup. trag. 13 (2,656): ἄμεινον— σημαίνειν. Navig. 17 (3,260): εἰ τοῦτο ἄμεινον.

Plene: Saltat. 3 (2,267)

δίκαιος (3): Iud. voc. 3 (1,84): δίκαιον — ἔχειν φυλακήν. Hermot. 13 (1,752): δίκαιον γάρ. Jup. trag. 9 (2,652): τοῦτο δίκαιον.

Plene: Abdic. 11 (2,169) -ος. Pisc. 2 (1,571).

χαρίεις (2): Soloec. 5 (3,565): χάριεν — τὸ ποιεῖν. Jup. trag. 26 (2,671): χάριεν — εἰ.

περιττός (2): Charon. 21 (1,517): περιττὸν — τοῦτο. Jup. conf. 13 (2,636): περιττὴ γὰρ ἡ παραίνεσις.

ἀληθής (2): Hermot. 6 (1,745): τοῦτο μὲν — ἀληθές. Gall. 28 (2,744): ἀληθῆ — ταῦτα.

οὐ χαλεπόν (4): Vitar. auct. 19 (1,559), 25 (565). Pisc. 41 (609) [Tox. 11 (2,518)]. (Insere post ῥᾴδιος v. supra.)

Singulis locis observavimus:

Rhet praec. 15 (3,16): ταῦτα — ἀναγκαῖα. Contra plene: D. merc. c. 26 (1,684): οὐ — ἀναγκαῖόν ἐστι. D. merc. c. 42 1,702: ἄπορον — εὑρεῖν. Hermot. 29 (1,778): ἀσφαλέστατον τὸ τοιοῦτον. Gall. 4 (2,709):

ἕτερον δὲ — παράνομον. Gall. 4 (2,708): τοῦτο τερατωδέστερον. Gall. 4 (2,709): οὐ πιθανὰ ταῦτα. Jup. trag. 11 (2,654): δύσκριτον — τοῦτο. Iudic. voc. 4 (1,87): καλὸν γὰρ μένειν. [Tox. 27 (2,536): λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος.] Contra plene: ὀλίγον λοιπόν ἐστι. Gall. 30 (2,749), Adv. ind. 3 (3,101): σοι καὶ μεμνῆσθαι Μουσῶν ἀνόσιον. Ver. hist. 1,34 (2,98): πολλὴ ἡ ὕλη. Apophr. 13 (3,172): καίτοι ἄκαιρον γέροντα ἄνδρα μεταπαιδεύειν. Rh. praec. 22 (3,23): ἐπίσημον γάρ.

εἰκός et οἷός τε v. supr.

εἰκός (16): Hermot. 6 (1,746), 31 (771), 17 (755), [Asin. 48 (2,616)]. Tyrannic. 20 (2,156). Jup. trag. 2 (644), 6 (649). Gall. 12 (2,720), 15 (726), 16 (727). De merc. c. 27 (1,686). Apophr. 6 (3,167). Peregr. 2 (3,326). Adv. indoct. 4 (3,103). Paras. 46 (2,871). Disp. c. Hesiod. 8 (3,246).

Plene: Nigrin. 23 (1,61) εἰκός ἐστιν.

οἷός τε (9): Nigrin. 32 (1,75). Charon. 18 (1,516), 22 (519), De merc. c. 42 (1,702). Catapl. 11 (1,633). Imag. 3 (2,461). De imag. 16 (2,494). Navig. 17 (3,260). Herm. 27 (1,707).

Gradus igitur frequentiae ellipseos copulae ἐστί in adjectivis, ut rem in angustum deducamus, hic est:

In scriptis selectis:

1. ἱκανός (10), cop. addita: (0). 2. ῥᾴδιος (8), cop. addita: (1). 3. δυνατός (6), cop. add.: (1). 4. ἄξιος (6), cop. add.: (0). 5. ἀδύνατος (5), cop. add.: (1). 6. οὐ χαλεπόν (5), cop. add.: (0). 7. ἄμεινον (5), cop. add.: (0). 8. ἀναγκαῖος (4), cop. add.: (0). 9. δεινός (3), cop. add: (0). 10. ἀσφαλής (4), cop. add.: (0). 11. παράδοξος (2), cop. add.: (0). 12. γελοῖος (2), cop. add.: (0). 13. ἀπίθανος (2), cop. add.: (0) etc. εἰκός (5), cop. add.: (0). οἷός τε (5), cop. add.: (0).

In ceteris scriptis Lucianeis:

1. ἱκανός (14), cop. addita: (1). 2. δυνατός (9), cop. addita: (1). 3. ἀδύνατος (7), cop. add.: (2). 4. ἄξιος (7), cop. add.: (1). 5. δῆλος (5), cop. add.: (6). 6. ἄδηλος (5), cop. add.: (0). 7. πρόδηλος (5), cop. add.: (0). 8. γελοῖος (5), cop. add.: (0). 9. αἴτιος (5), cop. add.: (0). 10. ῥᾴδιος (4), cop. add.: (0). 11. οὐ χαλεπόν (4), cop. add.: (0). 12. χεῖρον (4), cop. add.: (0). 13. δεινός (4), cop. add.: (3, sed comparativ. et superlativ.) 14. φίλος (4), cop. add.: (0). 15. ὅσιος (4), cop. add.: (0). 16. ἡδύς (3), cop. add.: (0). 17. ἄμεινον (3), cop. add.: (1). 18. δίκαιος (3), cop. add.: (2. -ος). 19. χαρίεις (2), cop. add.: (0). 20. περιττός (2), cop. add.: (0). 21. ἀληθής (2), cop. add.: (0) etc. εἰκός (16), cop. add.: (1). οἷός τε (9), cop. add.: (0).

Ἐστί in genitivo praedicati loco posito omissum est.

Dubium esse potest, utrum *ἐστί* cum genitivo praedicati conjunctum copula an ipsum praedicatum sit. Nobis quidem videtur plus copulae naturae habere. Omittitur apud Lucianum his locis:

Dial. deor. 20,4 (1,255): *μεμψιμοίρων γὰρ καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τοιαῦτα.* Dial. mort. 6,2 (1,348): *ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε.* Bis acc. 16 (2,810): *ἐκείνης γάρ τό γε νῦν ῥέον.* Disput. c. Hesiodo 8 (3,245): *ἧς τὸ ἔργον.*

Ellipsis copulae *εἰσί.*

Ab omissione copulae *ἐστί* transimus ad omissionem aliarum verbi substantivi formarum, quae multo rarius exhibetur. Saepissime earum omittitur *εἰσί.* Sunt in scriptis selectis hi loci:

Dial. deor. 5,3 (1,214): *λόγοι.* 5,4 (215): *ἀνάξιοι,* 6,3 (218): *σύγγνωστοι, εἰ.* 16,1 (244): *πολλοί.* 19,2 (251): *σεμναί.* 20,7 (258): *ἐπιτήδειαι.* 8 (259): *καλαί.* 13 (264): *οἷαι.* 24,2 (277): *ὀξύχολοι.* 26,1 (281): *ὅμοιοι.* Dial. mort. 6,3 (1,350): *ἀνέραστοι.* 12,1 (380): *ἔνδοξοι.* 12,6 (387): *σύγγνωστοι ἐκεῖνοι* c. part.

20,1 (413): *οἱ ἄριστοι.* 4 (416): *ἄλυποι.* 4 (417): *σιμοί.* 5 (418): *ἄκροι φιλόσοφοι.* 21,2 (421): *ἀνδρεῖοι.* 25,2 (433): *ὅμοιοι.* 28 (1,445): *αἱ χῶραι* (*εἰσί* praedicat.), De hist. c. 2 (2,4): *ἅπαντες.* 8 (9): *ἄλλοι.* 11 (16): *τερπνοί.* 13 (18): *παρὰ πόδας.* 32 (43): *παγγέλοιοι.* Bis acc. 7 (2,798): *πῆραι* (*εἰσί* praed.) 8 (799): *ἄκραι* (*εἰσί* praed.) 8 (800): *ἑτοιμότατοι.* 8 (801): *παρδαλωτοί.* 13 (807): *ἱκανοί.* 14 (808) bis: *ὅμοιαι* et *ἱκαναί.* 15 (809): *πολλοί.* 16 (810.) Quae omnia exempla faciunt numerum 35. Numerus autem positorum *εἰσί* est: 23.

v. Dial. deor. 6,5 (1,219), 19,2 (251) bis. 20,7 (258), 24,1 (276), Dial. mar. 14,2 (1,323), Dial. mort. 1,1 (1,330), 1,4 (335): *εἰσί* praedicat. 5,1 (344), 5,2 (345), 10,9 (371), 18,1 (408), 20,1 (413) bis. 4 (416), 4 (417), 6 (419), De hist. c., 13 (2,18), 27 (35), 33 (44), 59 (67). Bis acc. 7 (2,799), 8 (801) *εἰσί* praed.

Si numerus missorum *εἰσί* (35) comparatur cum omissorum *ἐστί* (313) cognoscitur, quanto rarior illa ellipsis quam haec sit.

εἰμί omissum est.

Formae *εἰμί* et *εἶ* saepissime in dialogis reperiuntur, ut natura dialogi est. Sed tamen ellipsis earum aliquanto minus frequens est quam ellipsis voculae *εἰσί.*

Plerumque pronomina *ἐγώ* et *σύ* indicant, quid supplendum sit. Raro sine illis omittuntur.

εἰμί omissum:

a) in scriptis selectis:

Dial. deor. 20,1 (1,254): *αὐτὸς οὐκ ἐπιτήδειος ὑμῖν δικαστής.* 20,13 (263): *αὕτη σοι ἐγὼ πλησίον.* 22,1 (269): *πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ.* Dial. mort.

10,2 (364): *Μένιππος ἔγωγε.* 12,1 (380): *ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου.* 19,2 (411): *οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος.* De hist. c. 4 (2,5): *οὐχ οὕτω μεγαλότολμος ἐγώ.* 24 (33): *οὐδὲ Μεσοποταμίτης σοι ἐγώ.* Bis acc. 11 (2,803): *ὄρειος γὰρ ἐγώ.* Ibid.: *ἐγὼ σοφός.* (10)

εἰμί positum est.: Dial. deor. 2,1 (1,205), 12,2 (234), 13,1 (235), (236), 15,2 (242), 20,10 (261), 11 (262), 22,1 (269), 22,2 (270), 3 (271). Dial mar. 1,2 (1,289), 2,2 (293), 15,1 (325). Dial. mort. 3,1 (1,338), 10,4 (366), 5 (367), 12,1 (380), 14,1 (395), 16,1 (402), 3 (403), 21,1 (420), 23,1 (426), 25,1 432), 2 (433). De hist. c. — Bis acc. 33 (2,833.) (25)

Abest igitur *εἰμί* **10.**, adest **25.** Itaque aliquanto rarius omittitur quam ponitur. Contraria erat ratio in *εἰσί* et *ἐστί.*

b) in ceteris scriptis:

Vit. auct. 12 (1,552): *ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπιτήδειος — ὠνεῖσθαι.* De merc. c. 30 (1,689): *ἰδιώτης γὰρ ἔγωγε.* Gall. 29 (2,748): *σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγώ.* Paras. 2 (2,838): *κἀγὼ ταύτης δημιουργός.* Conv. 22 (3,435): *μόνος ἐγὼ σοι ἄμοιρος.*

εἰμί sine *ἐγώ* tantummodo in *ἕτοιμος* omitti videmus. Quod ab aliis scriptoribus velut a Sophocle, Euripide admitti jam a Valckenario observatum est. cf. Eurip. Phoeniss. ed. Valck. v. 976 (ap. Kirchhoff v. 969) et Krueger gr. gr. 62,1, A. 5.

Apud Lucianum haec invenimus: [Tox. 40 (2,548): *εἰ δέ τι δύναμαι γυμνὸς ὑποτελέσαι, ἕτοιμος ὑποστῆναι ὑμῖν.*] Gall. 6 (2,712): *ἐθέλω γοῦν ἀκοῦσαι οἷός τίς ἐστιν οὕτω σοι τριπόθητος ὤν. Μικ. ἕτοιμος λέγειν.*

εἶ omissum est.

a) in scriptis selectis:

Dial. deor. 6,3 (1,218): *ὅλως κτῆμα καὶ παιδιὰ τοῦ ἔρωτος σύ γε.* — 23,2 (275): *καλὸς γὰρ σὺ καὶ κομήτης.* (2)

Sine pronomine *σύ* cop. *εἶ* deest. in: Dial. deor. 14,1 (1,238): *τί σκυθρωπός, ὦ Ἄπολλον.* Dial. mar. 11,2 (1,318): *Θολερός, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός* etc. (2)

Positum est.: Dial. deor. 2,1 (1,205), 4,1 (209) bis, 4,3 (210), 4,4 (212), 19,1 (250), 20,1 (253), 20,5 (257), 7 (258), 14 (265), 22,1 (269), 2 (270). Dial. mar. — Dial. mort. 3,2 (340) bis, 10,3 (365), 13 (375), 12,7 (388), 16,1 (402), 2 (403), 5 (405), 17,1 (406), 20,5 (418), 28,1 (445). De hist. c. — Bis acc. 8 (2,800). (24)

Desideratur igitur *εἶ* **4.** exstat. **24.**

b) in ceteris scriptis:

Jup. conf. 8 (2,632): *σὺ μὲν γὰρ εὐδαίμων, βασιλεὺς γάρ.* Paras. 2 (2,838): *καὶ σὺ ἄρα παράσιτος.* Pseudolog. 18 (3,176): *ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιοῦτος.* De merc. c. 26 (1,686): *πόθεν σύγ' ἰσότιμος κατακείμενος.* Navig. 26 (3,266): *ἀεὶ σύ μοι, ὦ Λυκῖνε, ὑπεναντίος.*

ἐσμέν omissum est:

a) in scriptis selectis:

Dial. deor. 6,3 (1,218): *ἡμεῖς τούτων αἴτιοι.* Dial. mort. 3,1 (339): *τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι.* (2).

Positum est:

Dial. deor. 10,2 (2,30), 20,5 (256, 257), 23,1 (274). Dial. mort. 26,2 (436), 27,7 (443). (6).

Ex 8 exemplis **2.** cop. *ἐσμέν* carent.

b) in ceteris scriptis:

Ep. Saturn. 19 (3,402): *ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησίν.*

Ellipsin formarum *ἐστὸν* et *ἐστέ* nusquam apud Lucianum vidimus.

ἦν omissum est.

Ἦν omissum esse ex eo facile concluditur, quod praeterita verborum antecedunt vel sequuntur. Relinquimus autem eos locos, quibus *ἦν* ipsum ex antecedentibus vel seq. repetendum est.

a) in scriptis selectis:

Dial. mar. 15,3 (1,326): *καὶ μὴν τὰ μετὰ ταῦτα ἥδίω παρὰ πολύ* (antea: *εἶδες* post *ἐγένετο*). Dial. mort. 14,4 (1,397): *βασιλικὰ γὰρ ταῦτα* (antea: *ἐπῄνεσα, ὅτι ἀπέσχου* etc.) Dial. mort. 20,4 (1,416): *μελαγχολιά τις* (antea: *τί παθὼν σεαυτὸν ἐς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες;*). De hist. c. 30 (2,41): *ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ* et seq. (sequitur: *περιλαβὼν συνέτριψε.*)

Abest igitur *ἦν*: **4.** additum est: **70.** Exempla additae voculae *ἦν* singulatim enumerare omittimus, nam longum est. Prae frequentia positae copulae, omissa rarissima est.

b) in ceteris scriptis:

[Asin. 34 (2,603): *πανθ' ὅσα δυνατὸς συλλαβὼν ἐπεκατέδησέ μοι*]. Gall. 11 (2,719): *τοιοῦτο* sc. *ἦν τὸ δεῖπνον* (ante: imperfecta). Adv. ind. 3 (3,102) *εἰπεῖν, ὡς ἐπαιδεύθης ἢ ὡς διδάσκαλός σοι ὁ δεῖνα.*

ἦν ἄν omissum non invenimus nisi Cynic. 4 (3,541): *οὐδ' εὔρωστον, εἰ κακῶς ἐτρέφετο.* Quem locum du Mesnil[1]) jam attulit.

---

[1]) Du Mesnil, de ratione grammatica Luciani, cap. de ell.

ἔσται et ἔσονται omissa esse videntur:

Etiam ἔσται et ἔσονται apud Lucianum supplenda esse videntur in Bis acc. 12 (2,805): *ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν ἐς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὰ δικαστήρια καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν, οἱ δικασταὶ ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων, ὁ μισθὸς τριώβολον ἑκάστης δίκης, ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. — ἣν δέ τις ἄδικα δεδικάσθαι οἴηται, ἐφέσιμον ἀγωνιεῖται τὴν δίκην· ἡ δὲ ἔφεσις ἐπὶ τὸν Δία.*

Neque vero necesse est futura in talibus suppleri. Nam in edictis vel in libellis, quibus quid futurum sit, antea statuitur, non raro praesentia pro futuris ponuntur. Qua ratione id quod adicitur vel statuitur, certius et fortius affirmatur. Itaque non minus bene vel fortasse melius praesentia ἐστί et εἰσί post Ἀθηναίων —, δίκης —, ἐγκλήματος —, Δία —, subaudiuntur.

Idem sentimus de Dialog. mort. 6,5 (354): *τοῦτο — ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ καὶ Χαροιάδης προτεθνήξεται Θουκρίτου.* Non opus est futuro tempore in ἥδιστον, ut quispiam propter futurum enuntiati condicionalis putare possit, sed condicione futura etiam praesenti tempore aliquis gaudio affici potest.

Conjunctivus verbi substantivi omissus est:

Catapl. 2 (1,623): *ἐπειδὰν δὲ καιρὸς κατιέναι* cf. Du Mesnil de rat. gr. Luc. cap. de ell. et Krueger gr. gr. 62,1. A. 4.

Optativus v. s. omissus:

Jam quaeritur, num optativus verbi substantivi apud Lucianum interdum per ellipsin omittatur. Neque difficile suppleri potest in structura optativi cum ἄν conjuncti, quia ad indicativum ἐστί prope accedit. e. gr. De hist. c. 11 (2,12): *τὸ τερπνὸν δὲ καὶ ἄμεινον μέν, εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν.* 24 (2,33): *τὸ δὲ καὶ γελοῖον, εἴ σοι νῦν, ὦ Φίλων, ἀπολογοίμην.*

Facile adducimur, ut optativum in his suppleamus, optativo protaseos condicionalis. Sed simplicius est in talibus quoque indicativum ἐστί subaudire.

Optativum sine ἄν, per quem modum re vera optatur, semel omissum invenimus: Navig. 29 (3,267): *ἐγὼ δὲ χειροτονητὸς ὑφ' ἁπάντων προκριθεὶς ἄρχων* suppl. εἴην. Antea: *αἰτῶ βασιλεὺς γενέσθαι* et *ἀλλά μοι τὸ πρῶτον ἀπὸ λῃστείας ἀρξαμένῳ ἑταῖροι καὶ συνωμόται ὅσον τριάκοντα, πιστοὶ μάλα καὶ πρόθυμοι γενέσθωσαν.* cf. Du Mesnil, l. c.

ἔστω omissum.

Imperativus ἔστω (vel ἔστωσαν) ex antecedente imperativo requiritur in Tim. 42 (1,154/155): *δεδόχθω δὲ ταῦτα καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν*

ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας καὶ ἀγνωσία καὶ ὑπεροψία, φίλος δὲ ἢ ξένος ἢ ἑταῖρος ἢ Ἐλέου βωμὸς ὕθλος πολύς· καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ παρανομία καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν, μονήρης δὲ ἡ δίαιτα, καθάπερ τοῖς λύκοις καὶ φίλος εἷς Τίμων, (43) *οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι, καὶ τὸ προσομιλῆσαί τινι αὐτῶν μίασμα, καὶ ἤν τινα ἴδω μόνον ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα.*

Dicat quis (ut du Mesnil de rat. gr. Luc. re vera dicit) imperativum *δεδόχθω* ut ad *ἀμιξία* et *ἀγνωσία* sic ad sequentia quoque supplendum esse sc. *τὸ οἰκτεῖραι — ἢ ἐπικουρῆσαι — παρανομία* (*δεδόχθω*). Sed quamquam *δοκεῖν*, si idem valeat quod videri cum duplici nominativo sine infinitivo saepius componi notum est, tamen idem fieri posse in: *δεδόχθω*, qua in forma vis est: decernatur, exemplis difficile comprobatur.

Alia exempla omissi imperativi collegit du Mesnil: Herodot s. Aet. 7 (1,827): *ἵλεως ὁ ἀνὴρ* sc. *ἔστω*. Chronosol. 15 (3,397): *οἱ δὲ ἀποκομίζοντες μὴ πλείους τριῶν ἢ τεττάρων, οἱ πιστότατοι τῶν οἴκων* (*ἔστωσαν*). De hist. c. 59 (2,66/67): *ἔπαινοι μὲν ἢ ψόγοι πάνυ πεφεισμένοι καὶ περιεσκεμμένοι — καὶ μὴ ἄκαροι* (*ἔστωσαν*).

In medio relinquendum est, utrum imperativus *ἔστω*. an indicativus *ἐστί* supplendus sit in: *ἅλις* e. gr. Pisc. 52 (1,614): *ἅλις τῆς ἄγρας*. Catapl. 4 (1,628): *ἅλις αἱ παιδιαί*. Navig. 16 (3,259): *ἅλις παιδιᾶς, ὦ Λυκῖνε.*

In talibus ex sententiarum tenore dijudicandum est. Imperativus potius intellegendus est, si imperativus antecedit vel sequitur, velut: Pisc. 52 (1,619): *ἅλις ὦ Παρρησιάδη, τῆς ἄγρας· μή καί τίς σοι — οἴχηται.*

Ellipsis infinitivi εἶναι.

Ellipsis infinitivi *εἶναι* in verbis putandi: *ἡγοῦμαι, οἶμαι, δοκῶ* nulla est. Sed si in his verbum *εἶναι* deest, velut Bis acc. 21 (2,819): *τίς ἂν κριτὴς δικαιότερος δόξειεν αὐτοῦ* et in *ἡγεῖσθαί τινα φίλον*, non per ellipsin omissum est, sed tenemus, ut jam supra diximus, structuram duplicis nominativi vel accusativi. Verba illa putandi sola satis sunt ad nomen praedicati cum nomine subjecti conjungendum. cf. Matth. gr. gr. § 534, b. A. 1.

Participium ὤν omissum.

Idem quod de infinitivo de participio omisso dicendum est. Memorabilia hoc in genere videntur *οἶδα* et *ὁρῶ* cum duplici accusativo composita: e. gr. Pisc. 19 (1,589): *καὶ γὰρ τούτων τινὰς οἶδα τῶν ἀντιδίκων οὐχ ἧττον ἐμοῦ βαρβάρους τὸ γένος.* Dial. mar. 13 (1,290): *ἰδὲ σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς.*

Item sine justa causa participium in particula ἅτε desideratur, quamquam in pedestri oratione cum eo conjungi solet. e. gr. De sacrif. 3 (1,528): ταῦτα δὲ οἶμαι καὶ ὁ Χρύσης ἐπιστάμενος ἅτε ἱερεὺς καὶ γέρων καὶ τὰ θεῖα σοφός.

Ac ne in τυγχάνω quidem sine participio ὤν vera ellipsis est. Quam structuram apud Lucianum ter tantum repperimus. Occurrit interdum apud alios quoque scriptores orationis pedestris velut ap. Xenoph. (cf. Boettcheri diss. de ell. ap. Xenoph. usu), plurimum ap. Platon. (cf. Lobeck ad Phrynichum p. 277). Negaverat hanc omissionem a scriptoribus omnino admitti Porsonus. (cf. Epistol. Erfurdti ad Schaefer Eurip. ed. Porson. adjectam).

Exempla Lucianea haec sunt: Vit auct. 19 (1,558): ἓν δὲ πλέον οἶδεν αὐτῶν, παρ' ὅσον δυσσεβέστερος τυγχάνει. Abdic. 15 (2,172): καὶ μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία τυγχάνει. Eunuch. 2 (2,351): ἤ που, ὦ Λυκῖνε, περὶ τῶν λόγων διεφέροντο τὰ συνήθη ταῦτα ἑτερόδοξοι τυγχάνοντες.

In Dial. mar. 11,2 (1,317) varietas lectionum optimorum codicum exhibetur: ἔτυχε γὰρ πλησίον που ὤν B, i. e. Vindobonensis 123, ὤν omittitur in Ω, i. e. Marciano 434, praeterea in C F M. Fides codicum B et Ω eadem fere est. Itaque editores jure consuetudinem Luciani participium ὤν longe plurimis locis ad τυγχάνω adicientis secuti sunt.

τυγχάνω cum participio ὤν conjunctum est his locis: Dial. deor. 17,1 (1,246) Dial. deor. 22,1 (1,269), Dial. mar. 1,3 (1,290), 11,2 (317), Dial. mort. 10,4 (1,365), 10,5 (366), 16,5 (405), 23,1 (426)), Saltat. 64 (2,303), de imag. 5 (2,486), 14 (492). Hermot. 3 (1,742). Gall. 38 (2,748). Paras. 3 (2,840).

Conspectus verbi substantivi

a Luciano in scriptis: Dial. deor. mar. mort. Bis acc. De hist. c. positi et omissi.

	Dial. deor.		Dial. mar.		Dial. mort.	
	cop. posita	omissa	cop. posita	omissa	cop. posita	omissa
ἐστί:	53	74	18	36	44	91
εἰσί:	5	10	1	0	12	9
εἰμί:	10	2	3	0	11	3
εἶ:	12	0	0	1	11	0
ἐσμέν:	4	1	0	0	2	1
ἦν:	12	0	8	1	30	2
Conj.:	—	0	—	0	—	0
Opt.:	—	0	—	0	—	0
Imper.:	—	0	—	0	—	0

	De hist. c.		Bis acc.	
	cop. posita	omissa	cop. posita	omissa
ἐστί:	16	74	13	38
εἰσί:	4	4	1	8
εἰμί:	0	2	1	2
εἶ:	0	0	1	0
ἐσμέν:	0	0	0	0
ἦν:	15	1	5	0
Conj.:	—	0	—	0
Opt.:	—	1	—	0
Imper.:	—	2	—	0

Verbum *εἶναι*, non copula, sed praedicatum, omissum est.

ἐστί omissum.

Vocula *ἐστί*, quae praedicati loco est in universum multo rarius omittitur quam copula *ἐστί*. Saepius autem apud Lucianum ac plurimum quidem in adverbiis loci eam deesse vidimus. Cuius rei causa videtur esse, quod haec adverbia crebro usu idem fere valent, quod adjectiva indeclinabilia atque ita factum est, ut *ἐστί* in eis paene magis copulae quam verbi vice fungeretur.

ἐστί in adverbiis loci omissum:

Dial. deor. 9,1 (1,227): *ὁ Γαννμήδης ἔνδον.* Dial. mar. 6,2 (1,304): *αὕτη σοὶ πλησίον.*

Contra plene: Pisc. 48 (1,615): *πλησίον ἤδη ἐστίν.* Bis acc. 6 (2,798): *ἀπανταχοῦ πώγων βαθὺς καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ.* Saturnal. 7 (3,390): *καὶ διὰ τοῦτο ἀπανταχοῦ κρότος καὶ ᾠδή.*

ἐστί in adverbis loci,

quae substantivo cum praepositione constituuntur, omissum.

Dial. mar. 11,2 (1,317) *πῦρ—ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ.* Dial. mort. 10,7 (1,367): *ἐν ᾅδου γὰρ εἰρήνη.* 15,2 (403): *ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου.* 16,5 (405): *εἰ γὰρ ὁ μέν τις ἐν οὐρανῷ, ὁ δὲ παρ' ἡμῖν.* 15,2 (400): *μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία.* Dial. mar. 11,2 (1,318): *ἡ θέρμη δὲ—ἀπὸ τοῦ πυρός.* De hist. c. 16 (2,25): *τὰ δὲ πλεῖστα οἷα ἐκ τριόδου.*

in adverbis loci

non propria significatione posita.

Dial. mar. 4,1 (1,298): *οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως.*

in adverbis temporis:

Dial. mort. 6,2 (1,347): *ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν.*

in adverbis modi:

Jup. trag. 26 (2,671): *ἡ μὲν γὰρ σκέψις οὕτω περὶ μεγάλων.* Musc. laus. 2 (3,92): *ἡ δὲ πτῆσις οὔτε κατὰ τὰς νυκτερίδας εἰρεσίᾳ συνεχεῖ τῶν πτερῶν.*

ἔστι omissum, ubi idem est, quod πάρεστι, ἔξεστι c. inf.

Hoc genus ellipseos maxime inusitatum est neque facile apud alios scriptores inveniatur.

ἔστι = πάρεστι:

Dial. mort. 4,2 (1,342): *εἰρήνη γάρ.*

Huc pertinent ea quoque substantiva, quae p. 84 et 86 jam attulimus: *ὄφελος, φθόνος, συγγνώμη* etc. Musc. laus. 1 (3,91): *ἐπτέρωται δὲ οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς τοῖς μὲν ἁπανταχόθεν κομᾶν τοῦ σώματος, τοῖς δὲ ὠκυπτέροις χρῆσθαι.*

[Dem. laus 9 (3,497): *μηδ' ὅπως πρὸς τὸν Ἡσίοδον εἶχεν ἡλικίας, σαφῶς εἰδέναι*] cf. Du Mesnil l. c.

εἰσί omissum [1]).

Dial. mort. 28,1 (1,445): *ἅπασι—τὰ ὄμματα κενά, μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν.* Bis acc. 8 (2,799): *ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι.*

εἰμί omissum.

Dial. deor. 20,13 (1,263): *αὕτη ἐγώ σοι πλησίον* cf. *ἐστί* p. 37.

ἦν omissum.

De hist. c. 30 (2,41): *ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ* ibid. 61 (2,68): *ἀλλ' ἀλήθεια ἐπὶ πᾶσι.* ibid. 17 (2,26): *εἶτα μετὰ μικρὸν ἄλλος συλλογισμός.*

ἦσαν omissum.

De hist. c. 28 (2,36): *μῦθοι μετὰ ταῦτα μακροὶ καὶ διηγήσεις.*

Alex. 18 (2,225): *γραφαὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ εἰκόνες καὶ ξόανα καὶ ὄνομά γε τῷ θεῷ ἐπιτεθέν.*

ἦν. ἄν omissum.

Ἦν ἄν pro *ἐξῆν ἄν* [2]) desideratur: Navig. 44 (3,277): *ἔτι δὲ καὶ ἀστέρων φύσιν — ῥᾳδίως ἔγνων ἄν —, καὶ τὸ πάντων ἥδιστον, αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι ἐς Βαβυλῶνα, τίς ἂν ἐνίκησεν Ὀλύμπια, — δειπνῆσαι ἐν Ἰταλίᾳ: ἀμύνασθαι, — εὖ ποιεῖν.*

---

[1]) cf. Hyperid. or. pro Euxenipp. col. 21, v. 22 *γραφαὶ (εἰσί) ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα* et interpretes huius loci, quo *εἰσί* per ellipsin deesse censemus.

[2]) cf. Du Mesnil, l. c.

Infra sequitur ὁμιλεῖν ἂν ἐξῆν. Ex quibus verbis et ex antecedentibus: ἔγνων ἂν etc. cognoscitur ἦν = ἐξῆν ἂν supplendum esse. Cuius generis exemplum apud alios scriptores nusquam deprehendimus.

Ellipsis verborum.

Quo plus naturae praedicati in verbo est, eo minus per ellipsin omitti potest. Si totum praedicatum verbo continetur, omitti omnino non potest. Nam quomodo sententia nasceretur, si id quod dicendum est, plane silentio praetermitteretur? Quonam ingenii acumine id divinaremus? Ex qua re facile intelligitur, cur in antecedentibus ellipsin copulae frequentissimam, multo autem rarius verbum εἶναι, si praedicati munere fungeretur, deesse viderimus. Eadem de causa verba quae sive actionem sive statum significant, etiam rarius absunt quam praedicatum εἶναι.

Eo facilius desunt, quo minus necessaria sunt ad praedicatum constituendum et quo facilius ex ea parte, in qua gravior vis inest, velut ex adverbio quodam vel objecto suppleri possunt.

Talia sunt verba dicendi, movendi aliaque, quorum ellipsin Willmannus [1]), quippe quam pro vera non habeat, omissionem vocat. Sed injuria hanc ab illa separare nobis videtur. Nam integritas grammatica causa est, qua ista verba suppleri cogamur. Verbum omissum subauditur ex suo adverbio vel objecto. Quod haec verba facilius mente adiciuntur, quam quae in proverbiis e. gr. ὗς τὴν Ἀθηνᾶν desunt, nos commovere non potest, ut in illis ellipsin exstare negemus.

Verba dicendi omissa sunt.

Verba dicendi, ita ut antea non legantur, a sententia absunt in: Jup. trag. 46 (2,694): εὖ γε, Τιμόκλεις ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι sc. ἔλεξας.

Imag. 4 (2,462): Πολ. Εἶδον κἀκείνην πολλάκις. Λυκ. ταῦτα μὲν ἱκανῶς (ἔλεξας), τῶν δὲ Φειδίου ἔργων τί μάλιστα ἐπῄνεσας;

Λέγω ante enuntiatum finale ab ὅπως incipiens intellegendum est in [Tox. 7 (2,514): καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε sc. λέγω, ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι.]

De ellipsi imperativi λέγε

vide ea, quae infra de ellipsi imperativi leguntur.

Sequitur ellipsis verbi λέγω,

quae perspicua est in formula:

οὐχ ὅπως.

Qua formula Lucianus variis modis utitur. Observavimus hos:

---

[1]) Willmann., diss. p. 42, cf. praefatio p. 5, 6 supr.

1) οὐχ ὅπως	— ἀλλὰ καί
2) οὐχ ὅπως (οὐ)	— ἀλλὰ καί
3) οὐχ ὅπως (οὐ)	— ἀλλ' οὐδέ
4) ———	— οὐχ ὅπως
5) ———	— οὐχ ὅπως (οὐ)
6) οὐδέ	— οὐχ ὅπως

Particulam οὐ in his uncis inclusimus, ubi omissa ac subaudienda esse videtur.

Exempla:

1. οὐχ ὅπως — ἀλλά καί.

Eunuch. 6 (2,355): *ἀλλὰ τοὺς τοιούτους οὐχ ὅπως τούτων ἀποκεκλεῖσθαι ἠξίου, ἀλλὰ καὶ ἱερῶν αὐτῶν καὶ περιραντηρίων.*

οὐχ ὅπωσ — ἀλλά sine καί:

Paras. 42 (2,866): *πάνυ γνώριμα ὄντα οὐχ ὅπως Ἀθηναίοις ἀλλὰ Θρᾳξὶ καὶ Σκύθαις.*

2. οὐχ ὅπως (οὐ) — ἀλλά καί.

De saltat. 79 (2,310): *καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι καί πρωτεύοντες ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οὐχ ὅπως (οὐ) αἰδούμενοι ἀλλὰ καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι.*

[Tox. 26 (2,535): *καὶ οὐχ ὅπως (οὐ) αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν.*]

De imag. 17 (2,495): *ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως (οὐ) ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι.*

Anach. 38 (2,919): *πατέρας δὲ καὶ μητέρας παρεστώσας οὐχ ὅπως (οὐ) ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, εἰμὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγάς.*

De domo 15 (3,198): *φημὶ γὰρ οὖν καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως (οὐ) συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολύν.*

3. οὐχ ὅπως (οὐ) — ἀλλ' οὐδὲ.

Ep. sat. 1,20 (3,403): *οὐχ ὅπως (οὐ) μετέδοσαν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ προσβλέπειν τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦσιν.*

Parasit. 42 (3,865): *τῶν μὲν τοίνυν ῥητόρων Ἰσοκράτης οὐχ ὅπως (οὐ) εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ δικαστήριον ἀνέβη.*

De merc. c. 34 (1,693): *οὐχ ὅπως (οὐ) ἐκεῖνης ἀλλ' οὐδ' ἐμοῦ αὐτῆς πολὺν ποιοῦνται λόγον.*

De laps. 4 (1,729): *ἀνάξιον τοῦ Πυθίου καὶ οὐχ ὅπως (οὐ) θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον.*

4. ——— οὐχ ὅπως.

Eunuch. 2 (2,351): *ἐφ' ὧν ἄν τις ἠδέσθη παρὰ μέλος τι φθεγξάμενος οὐχ ὅπως ἐς τοσαύτην ἀναισχυντίαν τραπόμενος.*

Peregr. 38 (3,359): *ὡς μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄψυκτος καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσι οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τῷ ἀνδρί.*

5. ——— οὐχ ὅπως (οὐ).

Abdic. 18 (2,175): *οὗτος ἐκὼν τοὺς νόμους παρορᾷ — καὶ τὴν φύσιν — οὐχ ὅπως (οὐ) μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ μείζονα καὶ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας εἰσφέρει καὶ ἐπιδίδοσιν.*

Apophr. 24 (3,180): *καίτοι ἐγὼ μὲν ἀποφράδα μὴ εἰδὼς ᾐσχυνόμην ἂν μᾶλλον, οὐχ ὅπως (οὐ) εἰπὼν ἀρνηθείην ἄν.*

6. οὐδὲ — οὐχ ὅπως.

Pisc. 32 (1,599): *ὃν* (sc. *ὑποκριτὴν*) *οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ποτὲ ἢ Πολυξένη ἀνάσχοιντο πέρα τοῦ μετρίου αὐταῖς προσεοικότα οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς, ὁ Καλλίνικος.*

Charon 8 (1,501): *ὁπόταν πλέῃ μηδ' ἐμπίδα ἡμῖν οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος.*

[Asin. 43 (2,611): *οὐδὲ αὐτῷ στρῶμα εἶχεν ἀγοράσαι οὐχ ὅπως ἐμοί.*—]

Philops. 5 (3,33): *καὶ οὐδεὶς ἂν οὐδὲ πιστεύσειεν ὡς ἐκεῖνος — ὑπομείνειεν ἂν καὶ ἄλλου τινὸς ψευδομένου ἀκοῦσαι παρών, οὐχ ὅπως αὐτός τι τολμῆσαι τοσοῦτον.*

Dial. meretr. 13,4 (3,317): *καὶ οὐκ ἂν ἔτι σε οὐδὲ προσβλέψειέ τις—οὐχ ὅπως συμπίοι* etc.

Exemplis, quae sub titulo 1 (et 4) leguntur refutatur Phil. Buttmannus, qui gr. gr. § 150 censuit structura *οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καί* tantummodo sententiam negativam exprimi (contra *οὐχ ὅτι* affirmativam).

Accedunt ad exempla Lucianea ex veterum scriptorum libris: Demosth. in Midiam [p. 518,12]: *οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαι τινος ταύταις ταῖς ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι ἀλλὰ καί* etc. Dem. Phil. IV. p. 142 *καὶ προσήκει τούτους οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφελέσθαι τι· ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων, ἄλλοθεν σκοπεῖν, ὅπως* etc. (Vigar. p. 432).

In exemplis sub titulis 2, 3, 5, particula *οὐ* supplenda videtur esse, sed videtur tantum ei, cui illa altera structura ex voculis *οὐ μόνον — ἀλλὰ καί* composita animo obversatur. Explicatur harum formularum, ex quibus 2 et 5 maxime legentem offendere possunt, tota ratio ellipsi verbi *λέγω*, quae in eis est.

c. gr. de salt. 79 (2,310): *καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι καὶ πρωτεύοντες ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οὐχ ὅπως αἰδούμενοι ἀλλὰ καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι.*

Intellegendum est: Silentio praetermitto *τὸ αἰδεῖσθαι*, sed etiam superbia elati sunt. *Οὐχ ὅπως* praeteritionis formula est, qua fit, ut sequens sententia valde prematur. Quo modo hoc unum exemplum, eodem omnia, quae sub tit. 2, 3, 5 leguntur, explicanda sunt.

Illum, qui in exemplis sub tit. 3 cernitur, usum legem judicans Cobetus V. L. p. 113, semper *οὐχ ὅπως — ἀλλ' οὐδέ* scribendum esse et in Hermot. 48 (1,790) particulam *μή* post *οὐχ ὅπως* delendam esse censuit. Sunt haec verba: *ὁ Σωκράτης, ὃς ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας οὐχ ὅπως μὴ πάντα, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τι ἢ τοῦτο.* Cobeti judicium de hoc loco jure refutavit Fritzschius ad. Luc. II. 2 p. 186 docens illud *μὴ πάντα* ex antecedentibus repetitam ideoque servandam esse.

Sed accedit alius locus, qui Cobeti regulae adversatur sc. Parasit. 12 (3,849): *εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται.* cf. hunc quoque: De imag. 20 (2,500): *ὁ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι ἢ προσθείη τῶν μηδ' ὅλως προσόντων τὰ δὲ ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ παραλαβὼν ἐπηύξησε καὶ μείζω ἀπέφηνεν.*

Ellipsis verbi *λέγω*, ubi *μόνον* desideratur.

Videtur interdum apud Lucianum sicut apud alios scriptores vox *μόνον* omissa esse. e. gr. Demonax 3 (2,376): *οὐκ Ἀγαθοβούλου (μόνον), μὰ Δί' οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο.*

In structura *οὐ μόνον — ἀλλὰ καί* desideratur *μόνον* in: Iudic. voc. 3 (1,84): *δίκαιον οὐχ ὑμᾶς (μόνον), οἳ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν.*

Quaeritur, num in his vera ellipsis vocis *μόνον* sit. Atqui illud quidem certum est, quod notio quaedam, quae idem fere valet, ac *μόνον* his locis abesse non potest. Nam si cogitando quidem eam non supplemus, sententia prioris membri enuntiati in contrarium vertitur (sc. ex affirmativa in negativam). Exemplum enim in Demon. vit. sine dubio sic intellegendum est: Non solus Agathobulus nec Demetrius nec ceteri soli Demonactem impulerunt, sed omnes illi. Itaque certe et Agathobulus et ceteri impulerunt. Si autem notionem, qualis est solus, non subaudimus hac habentur: Non Agathobulus neque ceteri impulerunt.

Quod de priore exemplo diximus, plane idem ad alterum pertinet. Etiam huius prius membrum non subaudita tali notione qualis est *μόνον* in negativum mutatur. At necessariumne est hanc vocem ipsam supplere an alia notio, quae idem valeat, substitui potest? Structura *οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καί* docet, quid intellegendum sit. Quae ellipsis in hac, eadem in illis obtinet, dicimus ellipsis verbi *λέγω*. Qua voce suppleta prius, quod ex Lucianeis attulimus, exemplum sic legitur: *οὐ λέγω Ἀγαθοβούλου, μὰ Δί' οὐδὲ Δημητρίου* etc. *ἐπεγειράντων ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο τούτοις*, alterum sic: *δίκαιον οὖν, οὐ λέγω ὑμᾶς ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν φυλακήν.* Verbis *οὐ λέγω* significatur: non multum tribuo his, illa vero gravia esse atque magna, quae sequantur.

Nonnullis autem locis ellipsis verborum dicendi videtur tantum cerni. Re vera haec verba ex antecedentibus vel, quod rarius est, ex sequentibus repetenda sunt. Talia non ad genuinam ellipsin pertinent, sed tamen exempla huius generis proferre volumus partim, ut discrimen inter hoc et illud genus perspiciatur, partim, ut Luciani consuetudo dicendi illustretur.

Paras. 1 (2,837): τίνα ταύτην sc. (λέγεις) antea: οὐχ ἔχω εἰπεῖν.

1. Paras. 47 (2,872): ταῦτα μὲν ἱκανῶς (ἔλεξας)· ὅτι δὲ μὴ φίλος, ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως, πειρῶ λέγειν.

2. Gall. 17 (2,729): ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς (ἔλεξας), τὰ Πυθαγόρου δὲ ἤδη λέγε.

3. Necyomant. 19 (1,482): ταυτί — ἱκανῶς (ἔλεξας). τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων.

In tribus, quae postremo loco sunt, exemplis ἔλεξας ex sequentibus supplendum est, id quod rarius fit, ideoque dignum est, quod prematur.

Ex antecedentibus λέγειν subauditur in: Dial. meretr. 9,1 (3,301): οὐκ ἔδει τοῦτο εὐθὺς (λέγειν). antea: ἔφην, ὦ Παρμένων.

Herm. 20 (1,758): ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοιόνδε ἐστίν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσῄεις.

Du Mesnil in his supplet: aut λεκτέον aut ἔστιν pro ἀληθές ἐστιν.

Mihi quidem ἔλεξας subaudiendum esse videtur. Nam Lycinus ab Hermotimo id, quod jam antea dixerat, confirmari vult: sc. se sapientiae stoicorum studiosum eis se applicavisse.

Ellipsis verborum eundi.

Simili modo, quo vox ὁδός in adverbiis loci vel substantivis cum praepositione locum indicantibus omittitur, verba quoque movendi vel eundi desunt, si ex adverbiis loci subaudiri possunt.

Exempla:

Peregr. 4 (3,329): οὐ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας (sc. ἥλατο).

Bis acc. 10 (2,802): Ἑρμῆς. Αὕτη σοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν (εἶμι) καὶ τὸ κήρυγμα.

Sequimur in hoc exemplo Jacobitzium, qui εἶμι, quod codice Ψ neque vero codd. *ΑΩΦΜ* exhiberetur, non in textum recepit. Ac sine dubio εἶμι vel omnino verbum movendi in talibus omitti potest. Quod ex exemplis a Jacobitzio et Fritzschio ad hunc locum adhibitis et ex eo, quod nos ex Luciano saepe attulimus, apparet. Fides autem codicis Ψ ceteros *ΑΩΦΜ* non adeo superat, ut cogamur lectiones eorum per se probabiles necessario abicere, si aliae sunt atque in Ψ. Deinde

intelligitur, facilius verbum, quod subaudiri possit, in uno codice adscribi, quam in quattuor, inter quos optimi sunt, omitti.

Ac ne id quidem, quod Fritzschius dicit, futurum verbi post *διηγήσεται* deesse non posse, concedendum nobis videtur. Cur quis non post futurum: „narrabit hic tibi“ pergat: „ego autem eo ad arcem“, ita ut a futuro ad praesens transeat? Neque si *εἶμι* futuri temporis vi praeditum post *διηγήσεται* omittitur, difficultas est. Cur non post prius futurum futurum alterum facile mente addere possumus?

Verbum movendi etiam Pisc. 49,50 (1,617) et 51 (618) desideratur. Pisc. 49 (1,617): *Παρρ. Τί φής, ὦ Πλάτων; τί ποιῶμεν αὐτόν; Πλατ. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὗτος* (sc. *ἀφείσθω*). 50. *Παρρ. Οὐκοῦν καὶ οὗτος, ὦ Ἀριστότελες, κατὰ τῶν πετρῶν* (sc. *ἀφείσθω*). 51 (1,618): *οὕτως γοῦν καὶ αὐτὸς ἐπὶ κεφαλὴν μετὰ τῶν ἄλλων* (*ἀφείσθω*).

Sed in his locis *ἀφείσθω* ex imperativo *ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς πέτρας*, 48 (1,616) subaudiri potest.

Vera ellipsis in his est:

Pisc. 14 (1,584): *παπαῖ, τί Πλάτων καὶ Χρύσιππος ἄνω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, τί αὖθις ἐς τὸν βίον* (*ἥκετε*);

Tim. 32 (1,145): *νῦν ὁ Πλοῦτος ἐπὶ Τίμωνα* (*ἔρχεται*).

Dial. deor. 6,3 (1,217): *εὖ γε ὁ κατάρατος ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν καὶ μέχρι τῶν Ἥρας γάμων* (*ἦλθε*).

φέρειν translata significatione requiritur Dial. deor. 23,2 (1,274): *εὖ τὸ μὴ χαλεπῶς μηδ' ἀγρίως* (*φέρειν*). Antea: *τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;*

γράφειν omissum:

Rhet. pr. 17 (3,19): *ἀλλὰ καὶ ἀναγίγνωσκε τὰ παλαιὰ μὲν μὴ σύ γε, μηδὲ εἴ τι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης* (*ἔγραψε*) *ἢ ὁ χαρίτων λόγους*.

Formam *ἔγραψε* omissum esse judicantes non paulo adjuvamur totius sententiae conexu: *ἀναγίγνωσκε τὰ παλαιὰ μὲν μὴ σύ γε — ἀλλὰ τοὺς τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν λόγους*. Sed tamen condicio huius loci longe diversa est a formulis: *εἴ τις καὶ ἄλλος* (cf. Krueger 60,70 A. 2) etc., in quibus verbum ex antecedentibus non repetitur.

γνῶναι omissum:

Infinitivus *γνῶναι* deesse videtur in Pisc. 10 (1,578): *βαδίζωμεν ὑπὶ τὸ δικαστήριον καὶ ἀκούσωμεν ὅτι καὶ ἀπολογήσεται· τὸ πρὸ δίκης* (*γνῶναι*) *γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικόν*.

ἐγκαλεῖν omissum:

Verbum ἐγκαλεῖν omittitur in formulis judicialibus:

Bis acc. 13 (2,808): Ἀργυραμοιβικὴ δρασμοῦ Διογένει (ἐγκαλεῖ).

Bis acc. 14 (2,808): Ῥητορικὴ κακώσεως τῷ Σύρῳ (ἐγκαλεῖ), Διάλογος τῷ αὐτῷ ὕβρεως.

ἔχειν omissum:

Forma verbi ἔχειν desideratur in: Dial. meretr. 3,2 (3,285): Δίφιλος δὲ ὑπερεπῄνει τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ κεχορηγημένον καὶ ὅτι εὖ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ πούς (ἔχοι).

ὁρᾶν omissum:

In Fugit. 27 (3,379): putet quispiam εἴδε per ellipsin omissum esse: τὸ δὲ νῦν κηρύττωμεν· εἴ τις (ε'δεν) ἀνδράποδον Παφλαγονικόν, τῶν ἀπὸ Σινώπης βαρβάρων — μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ.

Durior haec ellipsis alicui videri potest, quam quae probabilis sit. Ac non probabilis videbatur Bekkero et Fritzschio, qui εἶδεν textui inseruerunt (cf. Frit. ed. Luc. II 2 p. 260 ad h. l.)

Sed qui formulam: εἴ τις καὶ ἄλλος (quamquam eo ab hoc exemplo differt, quod ad eam ex antecedentibus supplendum est) et locum Rhet. pr. 17 (3,19), quo ἔγραψε (p. 131) omissum est, et formulas: Bis acc. 13 et 14 (2,808) (p. 132), in quibus ἐγκαλεῖ abest, ad comparandum adhibet, ei ellipsis v. εἶδεν in Fugitivis fortasse tolerabilis videri potest, praesertim, cum hic quoque Hermes praeco formula utatur.

δεῖν omissum:

Veram ellipsin verbi δεῖν nusquam apud Lucianum vidimus. In omnibus, quae afferri possunt, exemplis ex antecedentibus vel sequentibus repetendum est. Imprimis omittitur, si adjectivum verbale in -τεος terminans antecedit velut in his, quae Du Mesnil collegit. Herm. 23 (1,761): σπουδαστέον — καὶ μήτε πατρίδος — πολὺν ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Herm. 64 (1,805): ἀποδοτέον οὖν καὶ — αἱρεῖσθαι.

Herm. 36 (1,779): ἂν μὲν οὖν πρόδηλον γένηται τοῦτο, ὡς Στωϊκῶν ἐστι μόνον τὰ δὶς δύο τέτταρα ἡγεῖσθαι,' ὥρα σιωπᾶν τοῖς ἄλλοις· ἄχρι δ' ἂν αὐτοῦ τούτου πέρι διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον ἢ εἰδέναι, ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν.

Cuius loci structura commovemur, ut potius cum Du Mesnilio δεῖ, quam cum Lehmanno ὥρα ex antecedentibus subaudiamus cf. Du Mesnil ad h. l.

Non per ellipsin, id quod vult Du Mesnil, sed ex sequentibus χρὴ videtur supplendum esse in Navig. 17 (3,260): εἰ μὲν γὰρ Ἀδείμαντος βούλεται, οὐδὲ ἐρωτᾶν οἶμαι, ὅς γε δὴ ἐν τῇ νηῒ τὸν ἕτερον πόδα ἔχει, χρὴ δὲ καὶ Λυκίνῳ δοκεῖν."

„Num enim Adimantus velit, qui alterum jam pedem in navigio posuit, ne interrogave quidem (necesse esse) puto, necesse vero est idem Lycino videri.“

Enuntiatum, quod est de Adimanto, continuatur enuntiato, quo agitur de Lycino. Itaque quia sententiae arcte cohaerent, ne distinctionis quidem signo fortius secernendae sunt neque puncto, quod apud Jacobitzium videmus, sed commate opus est.

Verba faciendi omissa.

Verba faciendi, quia ex quovis alio verbo facile subaudiuntur, omissa genuinam ellipsin non efficiunt. Haec igitur a superioribus sejungenda esse et illi omissionis generi, quod statuit Willmannus [1]) tribui posse concedamus.

Ellipsis imperativi.

Scripta Lucianea non carent ellipsi imperativi *ὅρα*, quae statuenda est in enuntiatis hortativis ab *ὅπως* c. ind. fut. incipientibus. Nam etiamsi talia enuntiata saepissime sine imperativo legantur et usu quidem pro absolutis sint, tamen, si natura eorum explicanda est, ad imperativum, quo regantur, referenda sunt. Quod conjunctione *ὅπως*, adverbio relativo, utique indicatur. Tali autem cum adverbio, si enuntiatum conjungitur, referendum est ad aliud enuntiatum, quod illo certius definitur. Ac si quis quaerat, quo jure hoc genus ad eam, quam ellipseos proposuimus definitionem, quadret, respondendum est, etiam hic ex laesa integritate grammatica aliquid supplendum esse. Nam imperativo *ὅρα* et enuntiato suspenso unum efficitur enuntiatum, simplicissima cogitandi formula, siquidem eum cogitare recte intelligimus, qui duas notiones ita conjungat, ut una et ea nova ex eis oriatur. Cuius sententiae, sicut diximus ortae, si necessaria pars omittitur ac si ea, quae relinquitur, partis vel potius membri significationem prae se fert, vera ellipsis tenetur. Quam explicationem, si ad formulam *ὅρα ὅπως* referimus, enuntiatum a particula *ὅπως* incipiens objecti munere fungens fingi potest, cuius subjectum et verbum imperativo *ὅρα* continetur. Si igitur *ὅρα* omittitur, subjectum et verbum ex objecto subauditur. Id quod hac in structura facile fieri potest, cum subjectum persona enuntiati ab *ὅπως* incipientis jam indicatur.

Quae tota ratiocinatio non minus in formulam (*ὅρα*) *ὅπως* quam in *οὐχ ὅτι*, *οὐχ ὅπως*, *μή ὅτι* cadit. Aliter res se habet in *μή* c. conj. quia *μή* principio negationis particula est, non conjunctio, qua enuntiatum ab altero pendens inducitur et significatur.

---

[1]) cf. praef. p. 3.

His causis commoti Geistii et Willmanni sententias probare non possumus, quorum ille in formula *ὅπως* c. ind. fut. ellipsin exstare negavit, hic (*ὅρα*) *ὅπως*, *οὐχ ὅτι*, *οὐχ ὅπως* a genuina ellipsi separata omissionis suae generi adscribit.

Talibus imperandi formulis, quales sunt (*ὅρα*) *ὅπως* Lucianum rhetorica quadam vi uti non negemus. Ac maior quidem ea in his videtur quam in genere, quam Bernhardyus et Geistius proprie rhetoricam ellipsin nominaverunt. Vis autem rhetorica in eo posita est, quod is, quem scriptor sic loquentem facit, fortius atque vividius hortetur vel prohibeat quam is, qui simpliciter imperat. Neque silentio praetereundum videtur has formulas omnes in dialogis Lucianeis occurrere, in quibus vividius loquendi ratio suo loco est.

Ex multitudine exemplorum huius generis unum alterumve satis sit plenum offerere.

Anach. 17 (2,896): *ἀπίωμεν δ' οὖν· καὶ (ὅρα) ὅπως μὴ καθάπερ νόμοις παρέξεις, οἷς ἂν λέγω πρός σέ,* —

Navig. 41 (3,275): *ἀλλ' ἤδη σὸν αἰτεῖν, ὦ Τιμόλαε, καὶ (ὅρα) ὅπως ὑπερβαλῇ τούτους.*

Reliquorum exemplorum, quae collecta et exscripta videas ab Hellero (Symbol. Joachimic. 1886, p. 321—323) locos tantum apponere liceat.

Tim. 48 (1,66). — Conv. 4 (3,421). — [Dem. laus 25 (3,509).] — Prom. s. C. 5 (1,189). — Jup. conf. 6 (2,631). — Navig. 36 (3,272). — Dial. deor. 20,2 (1,254). — De Parasit. 9 (2,846).

Ibidem plenos invenies locos, quibus *ὅρα* ante *ὅπως* non omissum est.[1]) Quorum numerus idem fere est, quam ellipticorum.

Aliis locis ad enuntiatum ab *ὅπως* incipiens imperativus *λέγε* subaudiendus est. Sed his sententia non hortativa sed simpliciter finalis est. e. gr.: Vit. auct. 19 (1,558) *τὸ δεῖνα δέ, (λέγε) ὅπως εἴσι χαίρει τῶν ἐδεσμάτων*; In quibus Cobet V. L., p. 108. *ὅπως εἰδῶ* expunxit, ut nobis quidem videtur, sine justa causa, quia cum tali formula sc. *τὸ δεῖνα* vel *τόδε* particula *ὅπως* saepius conjuncta legitur. c. f. Catapl. 13 (1,635): *δέχου τοῦτον σύ, ὦ πορθμεῦ, καί, τὸ δεῖνα, ὅπως ἀσφαλῶς* —. [Tox. 7 (2,514): *καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε* (sc. *λέγω*), *ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν φιλίας Σκύθαι μεῖζον οἴονται εἶναι.*

1) Ellipsin imperativorum *ὅρα* et *ὁρᾶτε* Cobetus V. L., p. 108 a scriptoribus graecis tam usitatam fuisse judicat, ut, ubi inveniantur, etiam expungendi sint. Id quod imprimis suadet in: Apophr. 4 (3,165): *ἄγε τοίνυν ὅρα ὅπως σαφῶς προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας* et Saturnal. 10 (3,393): *ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε.* Sed his et aliis locis (cf. Heller, l. c.) libri ad unum omnes consentientes *ὅρα* et *ὁρᾶτε* exhibent. Itaque horum testimonio magis quam Cobeti regula confisi traditam scripturam servari malumus.

Praeter veram ellipsin, quam adhuc tractavimus, etiam aliis brevitatis dicendi generibus a Luciano frequentatis efficitur, ut eius stilus elegantior videatur. Nam elegantior eum quoque scribere putamus, qui et supervacanea omittat et omissione earum quoque vocum, quae sine detrimento sententiae deesse possint, consequatur, ut legentium animi ad supplendum impellantur eaque ratione quodammodo delectentur, quod ipsi, quae cogitanda erant, invenerunt.

Sed nos relictis eis, quae a proposito nostro alienae sunt, omissionibus satis habemus, si nobis contigit, ut eis, quae supra disseruimus, scientia usus dicendi Lucianei paulum adjuta sit.

SUBSIDIA HUIUS DISSERTATIONIS:

1. **Editiones Lucianeae:**
   HEMSTERHUSSII et REITZII.
   DINDORFII.
   JACOBITZII (maior et minor).
   FRITZSCHII.
   SOMMERBRODTII.

2. **Grammaticae linguae graecae:**
   MATTHIAEI.
   BERNHARDYI.
   THIERSCHII.
   KUCHNERI.
   ROSTII.
   KRUEGERI.
   G. HERMANN ad Viger. p. 807 seq.

3. **Dissertationes:**
   L. BOS: ellipses graecae ed. G. SCHAEFER. Lips. 1808.
   MEHLHORN: de schemate *ἀπὸ κοινοῦ,* 1833.
   G. HERMANN: diss. de ell. et pleon. in lingua graec., 1808, opusc. I, p. 148 seq.
   A. H. F. GEIST: Die Ellipse in besonderer Beziehung auf ihren Gebrauch bei den griechischen Schriftstellern. Krotoschin 1858.
   C. HELBIG: de ellipsis apud tragicos usu. Breslau 1868.
   H. WILKE: de ellipsi copulae verbi *εἶναι* in fabulis Euripid. Jauer 1877.
   H. BÖTTCHER: de ellipseos ep. Xenoph. usu. Jena (Koenigsb.) 1875.
   WILLMANN: de figuris grammaticis. Berlin 1862.
   DU MESNIL: ratio grammatica Lucian. Stolp. 1867.
   SCHWIDOP: observat. Luc. specim. V.
   H. SAUPPE: epist. crit. ad G. HERMANN.

ERRATA:

p. 6	lege:	impellat	pro:	impellast
p. 10	»	locutionem	»	Locutionem
p. 11	»	terminatione	»	tormination e
	»	*βροντᾶν*	»	*βρονιᾶν*
p. 12	»	voce	»	vore
	»	tantummodo	»	tantum modo
	»	*βροντᾷ*	»	*βρονιᾷ*
p. 14	»	*Χρυσ·*	»	*Χρυς*
	»	Gregor.	»	Gragor
	»	necessario	»	necesario
p. 15	»	*Ἀθηναίους*;	»	*Ἀθηναίους.*
p. 16	»	*τὸν*	»	*τόν*
	»	*τὴν*	»	*τῆν* (bis)
p. 17	»	numeri, si	»	numeri si
	»	eodem	»	codem
	»	De hist. conscr.	»	de hist. censcr.
	»	ratio	»	ratis
p. 19	»	veremur	»	veremus
p. 21	»	*ὡς*	»	*ώς*
p. 23	»	*ὥρα*	»	*ώρα* (bis)
p. 24	»	*ὅπερ*	»	*ὅππερ*
	»	*εἰκὼν*	»	*εἰκών*
	»	*ἐς*	»	*ὲς*
	»	*ἐπιδεῖξαι*	»	*ἐπιδιεῖξαι*
p. 26	»	*ἄμεινον*	»	*ἀμεινον*
p. 27	»	*γεγενημένος*	»	*γεγεεημένος*
p. 28	»	*ἀδύνατος*	»	*ἀδυνατος*
p. 29	»	*πιστεῦσαι*;]	»	*πιστεῦσαι*].
p. 30	»	*χαλεπόν*	»	*χαλετόν*
p. 31	»	omissorum	»	missorum
p. 33	»	*πάνθ'*	»	*πανθ'*
p. 38	»	p. 23, 24, 25	»	p. 84 et 86
p. 39	»	verba, quae	»	verba quae
p. 40	»	*οὐ*	»	*οῦ*
	»	*ἀλλὰ καὶ*	»	*ἀλλά καὶ* (bis)
	»	*οὐχ ὅπως*	»	*οὐχ ὅπωσ*
	»	*τῷ*	»	*τῶ* (bis)
	»	*σεμνυνομένῳ*	»	*σεμνύνομένῳ*
	»	*εἰ μὴ*	»	*εἰμὴ*
	»	*Ἰσοκράτης*	»	*Ἰσοκράκης*
	»	*ἐκείνης*	»	*ἐκεηνης*
	»	*λόγον*	»	*λὸγον*

THESES CONTROVERSAE:

1. Locutio ὁ πάνυ, quae legitur in scriptis Lucianeis, non per ellipsin explicanda, sed formula est, quam Lucianus a Xenophonte (Memor. III, 5) sibi sumpsit.

2. In formula οὐδὲν ἤ non vox ἄλλο supplenda, sed negatio, ut ita dicam, relativa est.

3. Enuntiata hortativa, in quibus ὅπως cum indicativo futuri conjungitur secundum grammaticam eorum rationem pro primariis haberi non possunt sed secundaria elliptica sunt.

4. In oratione pro Euxenippo ab Hyperide habita col. XXI, v. 22, lectio, quae est in A corr., γραφαὶ ἀσεβείας vere et εἰσίν mente supplendum est.

5. In Xenophontis qui fertur libello de re publica Atheniensium I, 6 et post verba ἀλλὰ τοὺς δεξιωτάτους καὶ ἀρίστους et post εἰ μὲν γὰρ οἱ χρηστοί adverbium μόνον desideratur. Neque vero error librarii hic teneri sed scriptoris ipsius stilo parum polito haec omissio tribuenda videtur esse.

VITA.

Natus sum idibus Aprilibus a. 1860 Postampii. Fidei addictus sum evangelicae. Primus litterarum elementis instructus puer XII annorum inter discipulos gymnasii Postampiensis receptus sum, quod postea rectore Volzio a Victoriae principis nomine Victoria-Gymnasium appellatum est. Ubi per VIII annos litteris humanioribus eruditus maturitatis testimonium adeptus sum a. 1880. Militavi per unum annum Postampii, in legione illa, cui nostrâ linguâ nomen est: I. Garde-Regiment z. F. Militari munere functus Berolinum profectus sum, ubi per octies sex menses ab anno 1881 ad 1885 philologicis studiis me dedi. Scholis interfui virorum doctissimorum: Bresslau, Diels, Dilthey, Droysen (†), Huebner, Kiepert, Kirchhoff, Paulsen, Robert, de Treitschke, Vahlen, Zeller. Seminarii regii philologici sodalis ordinarius fui per ter sex menses. Ad exercitationes philologicas, quibus per biennium usus sum, Huebner, ad historicas per bis sex menses Weizsaecker me benignissime admiserunt. Quibus viris omnibus imprimis Huebnero, Kirchhoffio, Vahleno, Weizsaeckero summam habeo gratiam. Mense Octobri a. 1888 Berolini examen pro facultate docendi sustinui.